This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

Ma 1002

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

Digitized by Google

Digitized by Google

Ma 6.1002

Digitized by Google

TRACTATVS

ASTROLOGICVS DE GENETHLIACORVM THEMATVM

iudiciis pro singulis nati accidentibus.

EX VETVSTIS ET optimis quibusq; auctoribus

INDVSTRIA

HENRICI RANZOVII

PRODVCIS CIMBRIci collectus.

Cum INDICE *duplici, capitum & rerum.*

M. DC. XV.

FRANCOFVRTI,

Excudebat Nicolaus Hoffmannus, sumptibus Iona Rosa.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN INSIGNIA FAMILIÆ RANZOVIORVM AD ILLVSTREM & Magnificum virum HENRICVM RANZOVIVM, I. Douzæ filij carmen.

QVAERIS RANZOVIO in Clypeo cur fulgeat inde
Candidus, hinc rutilus color? vnde insigne paternum
Cornua bina gerat cristato in vertice cassis?
Designat Phœbi auricomum nitor igneus ignem:
Cornibus & niueo signatur Luna colore.
Huic & inaurato Taurus cadit hostia cornu,
Ipsaq; per superas puris it cornibus auras,
Tota eadem niuea est, eadem est argentea toga.
Scilicet id quondam præsago pectore vidit
Conditor ille tua, RANZOVI maxime, gentis,
Te Solem Arctoos pariter Lunamq; futurum
Per populos, variante polum noctuq; diuq;
Deficeres qui non aut luce, aut noctibus vllis:
Inuideant orbi donec te Fata nitentem
Semper, & obscuris iubeant excedere terris.
Quippe die exoriente alternis lumina cœlo
Vectat equis Titan, tenebrasq; argentea pellis
Luna: at tu & tenebris radiatum insigne diei
Promis, & ipse tuo Solem fulgore lacessis.
Ingenii hoc faciunt dotes, hoc munera sortis,
Et facies augusta, & honoræ gratia formæ.
Hinc nondum te inferre astris fulgentibus audet
Sol Phaetontea metuens exempla ruinæ,
Cynthia perpetuas sublato Sole tenebras,
Ne iubare ipse tuo collustres omnia solus,
Et pariter gemini fungaris munia Phœbi.

Digitized by Google

IN HENRICVM RANZOVIVM ET OPERIS HVIVS commendationem

EPIGRAMMA PETRI LINDEbergij Rostochiensis.

INCLYTE RANZOVI, de te quid sentio, dicam
Ingenue, & dubia nil simulabo fide.
Admirandus homo, & plane optatissimus Heros,
Ac quidam diuus, multisciusq; vires.
Qui summis opibus felix ætate senecta,
Inter tot curas, innumerasq; vices:
Non tantum studiis te totum dedis honestis,
Conscribens lepidos perpete laude libros:
Ast aliorum etiam, à mendis nauisq; repurgans,
Haud minimo sumptu, lucis honore beas.
Testes tot libri, tot tot pulcherrima scripta,
Quæ penitus putri deperiere situ.
Testis opus præsens, quod, quæ contingere debent
Cuiq; homini, mira sub breuitate docet:
Addens iudicia, & iustas iusto ordine causas,
Cur ea sic passim, nec secus eueniant.
Pro quibus officiis, RANZOVI diue, iuuentus
Optat fausta tibi plurima, fausta senes.
Perge modo telam inceptæ pertexere laudis,
Et partum à studiis amplificare decus.
Sic longe in patulo celebris celebraberis orbe,
Ac etiam viuus, cum morieris, eris.

DE

Digitized by Google

DE ASTROLOGIÆ CERTITVDINE.

PER varios casus artem experientia fecit,
Exemplo monstrante viam, quæ ducit ad astra:
Hæc etiam docuit rerum experientia verum,
Namq; eadem cunctis causis prior esse putatur.

ΑΥΤΟΣΧΕΔΙΑΣΜΑ
M. ZACHARIÆ PALTHENII
IN EFFIGIEM HENRICI RANZOVII
Producis Cimbrici.

Τίς, πόθεν οὗτος ἀνὴρ, πόθι οἱ πόλις ἠδὲ τοκῆες?
Εἰπέμεν ἐνδυκέως ἄρχεο μοῦσα φίλη.
Ῥανζόβιος κλυτόμητις ἔφυ, Δαναῶν βασιλῆος ἀγαυοῦ
Βουλευτὴς, νίκης εὐπολέμοιο πατὴρ.
Ὀτρηρὸς θεράπων φοίβου, κλυτὸς ὄζος Ἄρηος,
Εἰρήνης ἕρκος, πυργὸς, ἔρεισμα στύλη.
Ὅσσερ δυσμενέων ἰφθίμους ῥῆξε φάλαγγας
Πολλάκις, ἠνορέῃ πίσυνος ὁδὲ θένει.
Κιμβρία δ' Ἀρκτώου οἱ οἰκία δῶκε πόλοιο,
Σπέρματα πρῶτα νέου Κιμβρία δῶκε βίου.
Ἑξήκοντα δ' ἔτη καὶ ἕπτα βίοιο βιώσας,
Νῦν μεγάλως λίπεται αἰπὺν ὄλυμπον ἔχειν.

Calend. Nouemb. Anno 92.

Digitized by Google

ELOGIVM HENRICI RANZOVII PRODVCIS CIMBRICI.

HESPERVS vt nitidas rutilanti lumine stellas
Vincit, & occultat lucis honore suæ:
Haud secus HENRICVS RANZOV cognomine, cunctos
Cimbrica quas tellus subtus & intus alit.
Hic etenim varia virtutum luce coruscus,
Totius exiſtit maximus orbis honos.
Doctorum fautor, fidei fortiſſimus Atlas,
Eloquio clarus, conſilioq; grauis.
Fortuna, Martis clypeoq; inſignis, & vſu,
Miranda rerum dexteritate potens.
Stemmate præclaro proauiſq; potentibus ortus,
Egregia generis nobilitate ſatus.
Aſſertor Themidos ſacræ, fortiſſimus Heros,
Vir celebris, vera vir pietatis amans.
Totus imaginibus cui circulus vndiq; fulget,
Tota micat factis, nobilitate domus.
Macte tuis factis patris generoſa propago
RANZOV RANZOVIAE firma columna domus.
Sunt ea non vllis vnquam interitura diebus,
Sydera dum cœlum, dum mare torquet aquas.
Sis mihi præſidium, ſis anchora ſacra ſaluſq;.
RANZOV RANZOVIAE ſplendida ſtella domus.
Viuito Neſtoreos cum conuge longius annos,
RANZOV RANZOVIAE faxq; decuſq; domus.

M. Zacharias Palthenius
Fridbergenſis C.

HEN-

Digitized by Google

HENRICVS RANZOVIVS PRODVX Cimbricus ad Lectorem.

ASTROLOGI est ex Planetis & signis cœlestibus optabilis diuinatio, coniectura nitens, quæ etsi nonnunquam fortasse fallit, ad veritatem tamen sæpissime tendit, cum tempus verum est relatum & artifices sunt perfecti. Est enim à multis seculis repetita, in quibus cum pene innumerabiles res eodem modo euenirent, eisdem signis sic antegressis & collocatis, eaq; sæpe animaduertendo & notando, hac ratione ars est effecta. Huius tanta est amplitudo, Lector ἀσύμφιλε, vt quotquot etiam in hac scriptionis genere hactenus occupati fuere, nemo (quem ego sciam) integram artem complexus sit.

Hic enim prima eius principia solummodo tractat: iste certam ex toto corpore partem explicat: alius alia: quæ omnia, qui comprehendere voluerit, variorum auctorum in his disciplinis scripta sibi comparet omnino necesse est. Quia vero hæc res cum

Digitized by Google

magnis coniuncta est sumptibus, vt taceam, plurimos, eosq; præcipuos ac optimos auctores venales non amplius reperiri. Ego, qui in iuuenili mea ætate studio Astrologico magnopere fuerim delectatus, eoque in mea hac senecta adhuc delector mirifice, vt laborantibus has in parte studiis hisce, quæ alioquin immanissimis multorum calumniis, aliisque iniuriis iniquissimis sunt exposita, quantum facere possum, succurrerem: veterem hunc tractatum Astrologicum, quem in mea bibliotheca inter libros manuscriptos, antehac, vt opinor, nondum editum, publica tamen editione, cum meo, tum aliorum iudicio, dignum reperi, typis excudi curaui, & te, alioq; huius doctrinæ studiosos illius participes reddere volui.

Præmisi autem tractatui huic Astrologico veteri, primo, enumerationem quinque modorum erigendi themata cœli. Deinde doctrinam de duodecim domibus cœlestibus, deque significatis Planetarum & stellarum fixarum, præsertim regiarum, & nonnulla alia ex variis & diuersis huius artis Professoribus collecta.

Iudicia vero Directionum locorum Hylegialium ex Carione, antea nunquam edita, nec non reuolutionum, & ex Cardano quædam de proprietatibus Planetarum & signorum in reuolutionibus, vt & de profectionibus ex Schonero subieci, vt sic iustam voluminis formam assequeretur.

Tibi autem, candide Lector, omnem de his iudicandi permitto potestatem. Ad me quod attinet, ego sane auctori veteris huius tractatus non per omnia

Digitized by Google *assen-*

assentior, præsertim in nonnullis partibus Astrologicis, quæs sibi in iudicando assumit. Quæ vero ex præcipuis auctoribus partim veterib. partim nouis sunt congesta, ac tractatui addita, præsertim doctrina de domibus cœlestib. de significatis Planetarum, & iudiciis directionum, ea omnino cognitu necessaria atq; digna esse, huiusq; artis candidatis non parum conducere arbitror. Hæc itaq;, beneuole Lector, boni consule, perlege, iudica, & eis vtere: si quid, quod displicebit, deprehendes, non in me, sed auctores, ex quibus hæc omnia translata sunt, culpam conferes,

vale.

Digitized by Google

INDEX PRÆCIPVORVM CAPITVM, QVÆ IN HOC TRACtatu Astrologico continentur.

Prima pars recitans quinque modos erigendi themata cœli.

Secunda pars operis explicans ea, quæ Astrologo de figura cœlesti iudicaturo, scitu maxime sunt necessaria.

Primum caput secundæ partis de duodecim cœli domicilijs & eorum diuisionibus.

Secundum caput de duodecim signis Zodiaci, & eorum diuisionibus.

Tertium caput de Planetis & stellis erraticis.

I. membrum tertij capitis de proprietatibus Planetarum.

II. de significatis Planetarum in duodecim domibus ex diuersis authoribus.

III. de significatis Planetarum in domo propria & alterius.

IV. de significationibus domini ascendentis in natiuitatibus, ex Schonero.

V. de significationibus domini genituræ ex libro Cardani posthumo.

VI. de significationibus domini ascendentis in singulis domicilijs ex Albohali.

VII. de coniunctionibus Lunæ cum Planetis ex Albohali.

VIII. de coniunctionibus & aspectibus Planetarum ad se inuicem, authore Schonero.

IX. de forma & colore, quæ Planetæ natis imprimunt.

X. mem-

Digitized by Google

X. membrum de proportione corporum.
Quartum caput ſecundæ partis de ſtellis fixis præſertim regiis.

Tertia pars operis Aſtrologici, recitans ſpecialem iudicii genethliaci methodum.
I. caput tertiæ partis, de vita nati.
II. caput de numero annorum, ſeu de vitæ quantitate.
III. caput de temperamento & forma nati.
IV. caput de ingenio & moribus.
V. caput de parentibus.
VI. caput de fratribus & ſororibus.
VII. caput de coniugio.
VIII. caput de liberis.
IX. caput de diuitiis & paupertate.
X. caput de hæreditatibus.
XI. caput de dignitatibus & honoribus nati.
XII. caput de religione ac pietate nati.
XIII. caput de nati magiſterio vel opere, ſeu de vitæ genere.
XIV. caput de peregrinationibus & itineribus.
XV. caput de amicis.
XVI. caput de inimicis.
XVII. caput de carceribus.
XVIII. caput de morbis.
XIX. caput de morte.
Quarta pars de iudiciis, quæ ex directione v. locorum Hylegialium dependent.

Significationes Horoſcopi ſeu aſcendentis ad Planetarum corpora & radios directi.
Significationes medii cœli ad Planetarum corpora & radios progredientis.

Signifi-

Digitized by Google

Significationes Solis ad Planetarum corpora & radios directi.
Significationes Lunæ ad Planetarum corpora & radios progressæ.
Significationes partis fortunæ ad Planetas eorumq; radios directæ.
Decreta Capitis & Caudæ Draconis & partis fortunæ, quotiescunque directiones in eorum puncta venerint.
Iudicia directionum locorum Hylegialium ad stellas fixas.
Quinta & postrema pars de iudicijs reuolutionum.
De reditibus Planetarum ad loca sua, & accessu eorundem ad loca aliorum Planetarum in radice.
De proprietatib. Planetarum dominantium ascendenti reuolutionis, & signorum in ascendente reuolutionis existentium.
De transitibus Planetarum per domorum cuspides, & cœtera loca præcipua natiuitatis.
De natiuitate Henrici Ranzouij.
De iudicijs annuarum profectionum locorum Hylegialium.
Peroratio operis.

PARTI-

Digitized by Google

PARTITIO TOTIVS OPERIS.

Partes huius operis sunt quinque.

PRIMA recitat quinq; modos erigendi themata cœli.

SECVNDA pars operis explicat ea, quæ Astrologo de figura cœlesti iudicaturo scitu sunt maxime necessaria, vt:

I. *De duodecim cœli domiciliis.*

II. *De duodecim signis Zodiaci.*

III. *De Planetis seu stellis erraticis.*

IV. *De stellis fixis.*

TERTIA pars continet ipsum tractatum Astrologicum veterem, generale genitarum iudicium proponentem, quo veteres vsi fuerunt.

QVARTA modum præscribit iudicandi directiones locorum Hylegialium ad Planetas & eorum radios, antea nunquam editum, quo Carion vsus est: itemque earum directionum iudicia, quæ ad stellas fixas deuoluuntur.

QVINTA, seu postrema reuolutionum iudicia tradit, quibus ex Cardano quædam de proprietatibus Planetarum ac signorum in reuolutionibus subiiciuntur, & nonnulla de profectionibus annuis locorum Hylegialium.

PRIMA

Digitized by Google

PARS PRIMA HVIVS OPERIS RECITANS QVINQVE MODOS ERIgendi themata cœli, ex quibus priores duo sunt communiores, & maxime vsitati.

PRIMVS MODVS.

PRimvs Modus est Abrahæ Auenesræ, vel Regiomontani, qui neglecto Zodiaco, Æquinoctialem in xii, spatia æqualia, quæ domus appellantur, officio Horizontis & Meridiani, aliorumque quatuor circulorum maiorum, per puncta intersectionum Horizontis & Meridiani, & per singulas tricenas Æquatoris partes, ductorum, dispescunt, inter quas Horizon & Meridianus primo Æquinoctialem in quatuor quadrantes, reliqui deinde singulos quadrantes in tres æquales quoque partes, quarum quælibet xxx. continet gradus, diuidunt. Cum itaque Æquinoctialis in partes distinguatur æquales circulis hisce dictis, sequetur Zodiacum in inæquales iisdē dirimi partes, quod ex doctrina Sphærica notum est, ita vt arcubus Æquatoris æqualib. nunc minores, nunc maiores de Zodiaco respondeant arcus: & quoniam Zodiaci, non Æquatoris partes themati cœlesti inscribuntur, fit, vt in singulas xii. domos modi rationalis non incidant xxx. gradus, vt in modo æquali, sed nunc plures,

Digitized by Google

res, nunc pauciores, prout maior minorve Zodiaci arcus xxx. gradibus Æquatoris respondet. *Dicitur hic modus Rationalis, quod certis ac firmis rationibus à Regiomontano sit comprobatus: inæqualis vero appellatur, quod Zodiacum in* xii. *partes inæquales diuidat.*

SECVNDVS MODVS.

PTolomæus, Firmicus, Cardanus, Schonerus & veteres plerique Astrologi, æquatore neglecto, Zodiacum in xii. æquas partes, quas Domos vocant cœlestes, per circulos sex maiores partiuntur: & primo quidem officio Horizontis, & circuli magni, per polos Zodiaci & loci verticem traducti, Zodiacum in quatuor quadrantes: singulos deinde quadrantes in ternas æquas diuidunt partes, officio quatuor aliorum circulorum maiorum, ex polis Zodiaci per singulos tricenos eiusdem gradus traductorum. Cũ autem xii. cœli domicilia in hoc modo æquali simpliciter æqua habeant interualla, quod ad Ecliptica, non Æquatoris gradus attinet, fit, vt inuento Eclipticæ gradu, qui Horoscopum tenet seu ascendit, reliquarum domorum cuspides per se manifestæ sint. *Æqualis hic dicitur modus ab æqualitate graduum in omnibus domiciliis.*

TERTIVS MODVS.

CAmpanus, quem & Gazulus sequitur, à Regiomontano explosus in distributione seu constitutione domiciliorum cœli, non Æquatorem, neq; Zodiacum partitur æqualiter, sed alium quendã circulum maiorem, super intersectionib. mutuis Horizõtis & Meridiani dati loci, tanquã polis suis descriptum, & per verticem loci ac intersectionem Horizontis & Æquatoris transeuntem, inq; istius intersectionis puncto Horizonti incumbentem ad angulos

Digitized by Google

gulos rectos sphærales. Hunc circulum, (primæ domus initio sumpto ab Horizontis puncto, in quo Circulus ille cum Æquatore Horizontem intersecat) in duodenas æquales distinguit partes seu domos, singulis triginta attribuens gradus, idq; beneficio sex circulorum magnorum, Horizontis, Meridiani, & quatuor aliorum, per sectiones illas & communem Horizontis ac Meridiani concursum ductorum. Hoc circulo æqualiter diuiso, fit, vt partes tam æquatoris, quam eclipticæ inueniãtur plerumque inæquales in his determinatis spacijs.

In his tribus modis Cuspides I. *&* VII. *domorum eadem semper sunt.*

QVARTVS MODVS.

ALcabitius, Ioannes de Saxonia, & veteres Astronomi diuidunt Zodiacum æqualiter, singulis domibus dantes xxx. gradus, idq; beneficio sex circulorum maiorum, non à polis Zodiaci, vt fit in modo æquali, sed æquatoris seu mundi polis per æquales Zodiaci sectiones ductorum, initio sectionum facto à gradu Eclipticæ oriente seu ascendente. Initia autem seu cuspides singularum domorum rectas habent ascensiones, quod circuli omnes per polos mundi describantur.

QVINTVS MODVS.

LVcas Gauricus ex Porphyrio hanc rationem supputandi duodecim cœlestia templa probat: Intercapedinem graduum & minutorum Zodiaci à medio cœli, seu cuspide x. domus vsq; ad partes & minuta Horoscopi seu cuspidem 1. domus inclusiue, in tres æquas diuidit partes, & quidquid prosilit in quotiente addit gradibus & scrupulis decimæ domus, & habet vndecimam, & sic pro XII. similiter.

Eodem

Digitized by Google

Eodem modo partes Zodiaci ab Horoscopo ad imum cœli inquirit, illamque congeriem in tres æquas partes diuidit, sicut ante, & in domicilijs opposita signa scribit, vt fieri solet.

Pontanum etiam inæqualem domorum diuisionem in Horizonte obseruasse satis constat ex capitulo de quatuor cœli quadratis, vbi dicit: *Ac tametsi ab ortu ad occasum CLXXX. partes semper interiacent, non tamen XC. semper partes inter occasum & culmen, ac rursum inter culmen & ascendentem æquis portionibus interlabuntur:* quod idem in hæmisphærio inferiori, ab occasu ad Imum, ab Imo ad Horoscopum vsuenit: & contingere hanc inæqualitatem ait propter signiferi obliquitatem.

Etsi autem varij sint constituendorum Thematum cœlestium modi, vt dictum, in eo tamen artifices consentiunt omnes, vt angulis seu cardinibus cœli eundem gradum, idemque inscribant signum, præter eos qui modum sequuntur æqualem. Illi enim, quod medium cœli reliquis est, nō cuspidi decimæ domus, sed interiori schematis figuræ imponunt, Cor cœli non nominantes.

Cæterum præcepta constituendi themata cœli seu erigendi figuras cœlestes, ex tabulis domorum & directionum, secundum priores duos modos, rationalem & æqualem, traduntur passim in vulgatis libellis Astrologicis: & præcipue in Horoscopographia siue doctrina de inueniendo stellarum situ, à Thoma Finckio Doctore Medico, nuper edita, meoque nomini inscripta. Non igitur necessarium iudico, vt ea hic subijciantur: in immensum enim excresceret opus: qui volunt, inde ea petere possunt & huc transferre.

Finis primæ partis.

Digitized by Google

SECVNDA PARS OPERIS EXPLICANS EA, QVÆ ASTROLOGO DE FIGVra cœlesti iudicaturo scitu sunt maxime necessaria.

SVMMA LIBRI SECVNDI.

Astrologo de Natiuitatis figura oblata iudicaturo, quinq; potissimum consideranda veniunt.

I. Domus cœli. II. signa Zodiaci. III. Planetæ seu stellæ erraticæ. IV. Planetarum configurationes seu aspectus. V. stellæ fixæ præsertim regiæ.

De his agetur in hac parte secunda, vt pronunciaturus aliquid de themate oblato ex parte tertia, & sequentibus bene prius instruatur ac præparetur.

Eruntigitur secundæ partis capita quinque.

I. De xii. cœli domicilijs aget.
II. De duodecim. signis cœlestibus.
III. De Planetis seu stellis erraticis.
IV. De stellis fixis præsertim regijs.
V. De configurationibus seu aspectibus Planetarum.

PRI-

Digitized by Google

PRIMVM CAPVT SECVNDÆ PARTIS DE XII. cœli domicilijs.

HVIVS CAPITIS MEMBRA SEV partes duæ sunt.

I. De cœli in duodecim domicilia partitione deque eorum distinctione.

II. De appellationibus & significationibus domiciliorum, nec non consignificatoribus, & partibus corporis, quæ singulis tribuuntur, nonnullisque alijs.

PRIVS MEMBRVM PRIMI CAPITIS de cœli in XII. domos cœlestes diuisione, eorumq; distinctione.

Cœli diuisio in XII. dom.

ASTrologi totam cœli machinam sex circulis magnis per mundi centrum transeuntibus, vt Horizonte Meridiano, & quatuor aliis, partiũtur in XII. spacia æqualia, quas Domos vocant cœlestes, quæ secundum motum Planetarum & ordinem seu successionem signorum Zodiaci, hoc est, ab ortu in occasum numerantur, initio facto ab Horizonti orientali, continuaq; serie primo infra, deinde supra terrã procedendo, donec ad illum cœli punctum, à quo primum facta est numeratio, fiat reditus, ita vt initiũ primę domus & finis duodecimæ in idem Horizontis orientalis punctum coincidant, domusque sex priores infra, posteriores vero sex sint supra Horizontem. *Est itaque domus cœlestis duodecima cæli pars,* quæ tamen propter inæqualitatem ascensionis & descensionis signorum Zodiaci, non æque

Digitized by Google

multos in modo rationali continet gradus, vt in prima parte dictum. Orientib. enim signis septentrionalibus, domus plures comprehendit gradus, quam Meridionalibus ortum petentibus.

xii. domiciliorum distinctiones.

Hæ autem duodecim domus cœlestes varie distinguuntur.

I. Horizon cœlum in duo hemisphæria superius & inferius secans, distinguit xii. domos cœlestes, in *sex domos superiores* hēisphærij. xii. xi. x. ix. viii. vii. & *sex inferiores*, vi. v. iv. iii. ii. i. In his signa & Planetæ cōstituti infra: in illis vero supra Horizontem dicuntur esse.

II. Meridianus, cœlum in duas medietates *Ascendentem* seu orientalem, & *Descendentem* seu occidentalem ditimens partitur duodecim domos in sex orientales, vt: iii. ii. i. xii. xi. x. & totidem occidentales, vt, ix. viii. vii. vi. v. iv.

III. Horizonte & Meridiano cœlum in quatuor æquales partes, quas quadrantes seu quartas Astrologi vocant, dispescentibus, cœli quoque domicilia xii. in quadrantes distinguuntur, quorum quilibet domos habet tres.

Quadrans primus illud est cœli spacium, quod inter medium cœli & Horoscopum seu cuspidem primæ domus interiacet, diciturque *Quarta orientalis Ascendens, puerilis, masculina, sanguinea, verna*: Domos habet xii. xi. & x.

Secundus spacium est cœli, inter decimæ, ac septimæ domorum cuspides interceptum, diciturque *Quarta Meridionalis, Descendens, iuuenilis, fœminina, cholerica, æstiua*: Domos habet ix, viii. vii.

Tertius est à cuspide vii. domus ad imum cœli, ac dicitur *Quarta occidentalis Descendens, virilis, ma-*

Digitized by Google *sculi-*

sculina, melancholica, autumnalis, includit VI. V. & IV. domos.

Quartus numeratur ab imo cœli seu cuspide quartæ domus ad horoscopum, seu horizontem orientalem, diciturque *Quarta septentrionalis, Ascendens, senilis, fœminina, phlegmatica, hyemalis*: III. II. & I. includens domos.

IV. *Distinguuntur* duodecim cœli domicilia in cardines seu angulos, succedentes, & cadentes ab angulis.

Cardines seu anguli, *Græce κέντρα sunt*, I. X. VII. & IV. *præcipua in tota figura cœli loca.* In illis enim, cum Planetæ, tum stellæ fixæ existentes euidentius vires suas exercent, quam in alijs locis, idque constanti experientia deprehenditur. Inter cardines autem prima domus principem obtinet locum, succedit huic decima, deinde septima, tandem quarta.

Succedentes Græce ἐπαναφορικὰ dicuntur, qua proxime secundum motum Planetarum, hoc est, progrediendo ab occasu versus ortum cardinibus succedunt, VI, II. V. IIX. XI.

Hæ domus bonitate proximæ sunt ipsis cardinibus, excepta domo VIII. quæ inter loca cœli abiecta numeratur, propterea quod mortis significationem habet.

Cadentes ab angulis, *Græce ἀποκλίματα*, *item cadentes absolute, seu declinantes, sunt reliqua quatuor domicilia quæ proxime cardines antecedunt, seu quæ inter succedentes & cardines medio sunt loco*, VI, XII. IX. VII.

Iulius Firmicus pigra & abiecta figuræ loca nominat, quod in illis constituti Planetæ debilitentur.

In iudicio Astrologico cardines annos significant, succedentes menses, cadentes vero dies.

Digitized by Google

Dignitates domorum successione quadam ita se habent.

I.X.XI.VII.IV.V.II.IX.III.VIII.VI.XII. id est, prima domus præfertur decimæ: Decima, vndecimæ, &c. Ptolomæus præfert decimam primæ.

Figura domorum cœlestium

Prima.



Altera.



ALTE-

Digitized by Google

ALTERVM MEMBRVM PRIMI CAPITIS, de appellationibus & significationibus domiciliorum, de signis & Planetis, consignificatoribus, de partibus corporis & coloribus, qui singulis domiciliis attribuuntur, deque gaudiis, fortitudinibus, vel debilitatibus, radiis, & Dominis triplicitatis.

PRIMA DOMVS.

Appellationes.

Prima domus appellatur Horoscopus, Cardo vel Angulus orientalis seu orientis ascendens domicilium.

Significationes.

Sumitur ex hac domo generalis de vita prognosticatio membrorum nutritionis, sanitatis, debilitatis habitum, morum primæ ætatis, aliorumque accidentium significationes.

Consignificatores.

Consignificatores: habet ex signis ♈: ex Planetis vero ♄. Vt enim (de ♄ vt loquar) primus mensis concepti in vtero fœtus sub Saturni est dominatu: ita hæc domus eundem apud Chaldæos nacta est patronum, siue, vt vocant consignificatorem. Saturnus igitur in hac domo felix, faustus, fortis, non læsus infaustis radijs ♂, aut mediocrium Planetarum, vt, ☽, ☿ & ☉, sed bonorum ♃ & ♀ bonis ac felicibus radijs confirmatus generaliter longæ vitæ & valetudinis bonæ natum significat. Quidam Lunam primæ domus consignificatricem volunt, non Saturnum, quod hic propter frigiditatem & siccitatem naturæ sit inimicus.

Partes corporis. Color. Dignit.

Tribuitur huic domui ex corporis partibus, totum caput: ex colorib. albus color. Gaudet in hac domo ☿ fortitudines habet ♈, vt & decima domus quanquam Ptolomæus primæ præferat decimam.

Digitized by Google

Aſpicit tertiam domum ✶, quartam □, quintã △ ſiniſtre: vndecimam ✶, decimam □, nonam △ dextre. Septimã vero ☌ Reliquas nullis radijs colluſtrat.

Hi aſpectus domorum conſiderantur in Æquatore non in Zodiaco. Ptolomæus eorum ibi meminit vbi de prorogatorijs locis tractat, inquiens, primã domum aſpicere vndecimam ✶, decimam □, nonam △. Quod in aſpectibus domorum obſeruandum eſt.

Domini Triplicis.

Primus triplicitatis dominus eſt vitæ nati ſignificator, & ex ☌, quidnam natus diligat, & habeat in vitæ ſuo exordio cognoſcitur.

Ex ſecundo de corpore, vita, fortitudine ac vitæ medietate iudicium facimus.

Tertius ſignificationes cum primo habet eaſdem, finemq; vitæ gubernat.

DOMVS SECVNDA.

Appellationes.

SECVNDA domus primam motu primi mobilis ſequens, ſuccedens Latine dicitur, *Græce ἀναφορὰ*: nominatur & inferna porta, quia velut ianua eſt ad primam, &, ceu oſtio recluſo, Sidem ſtellaſq; cæteras omnes motu primi mobilis euehit & producit in Horizontem. Vocatur quoque piger & abiectus locus. Item ſubſtantiæ, diuitiarum & lucri domus, ac ſpes à nonnullis dicitur.

Significationes.

Sumitur hinc coniectura de omnibus bonis mobilibus, facultatibus, peculio, ſupellectile, lucro, diuitijſque omnibus, quæ induſtria & labore, non hæreditate acquiruntur.

Conſignificatores habet ex ſignis ☉: ex Planetis vero ♄, qui ſi hanc domum occupauerit: aut gubernauerit non læſus malorum radijs, natum diuitem futurum

Digitized by Google

turum pollicetur. Præest collo & ceruici: colorem habet viridem: fortitudines II. fortunatur à ♀, infortunatur à ♂ & ☉. *Pars corporis. Color. Dignitates.*

Nullus Planetarum in hac domo gaudet. Nullis cum Horoscopo configuratur radijs, ideoque à Firmico appellatur alienus ab Horoscopo locus: & obseruandum, cum hæc lucri ac diuitiarum labore & industria acquirendarum domus, nullam cum prima habeat per vllum aspectum societatem, fieri inde, vt tanti labores molestiæque pro re familiari acquirenda suscipiantur.

Intuetur IIII. ✶, V. □, VI. △, sinistre: XII. ✶ □, X. △, dextre: VIII. ex opposito. Cum reliquis nullis coniungitur radijs. *Aspectus.*

Ex *primo* & *secundo* triplicitatis domino, qui fuerit fortior, is substantiæ ac diuitiarum dator est, primus tamen in vitæ principio, secundus in media ætate, tertius in senecta eas confert. *Domini triplicis.*

TERTIA DOMVS.

TERTIA Domvs dea dicitur à bonorum & fastorum euentuum, quos nato conferre censetur, significatione, dicitur & domus fratrum à significatione. *Appellationes.*

Sumitur enim ex hac domo iudicium de fratrib. sororibus, cognatis & agnatis, deque concordia inter eos & natum, præterea de nati hospitalitate, fide, religione seu pietate aliqua ex parte, deq; itineribus breuioribus. *Significationes.*

Consignificatores habet ex signis ♊, ex planetis ☿, præest humeris, brachijs & manibus: Tribuitur ei color croceus: fortitudinem habet I. fortunatur à ☿ nfortunatur à ☿ & ♄: gaudium in hac domo habet ☽. *Consignificatores. Partes corporis. Color. Dignitates.*

Digitized by Google

Aſpectus. *Aſpicit* v. ☌, vi. □, vii. △, ſiniſtre: i. ☌, xii. □, xi. △, dextre: ix. ☍. Cum reliquis nullam per aſpectum ſocietatem habet.

Domini Triplicit. Ex *primo* triplicitatis domino de fratribus maioribus, ex ſecundo de mediocribus, ex tertio de minoribus ſumitur iudicium.

QVARTA DOMVS.

Appellationes. QVarta domus, Imum cœli, Angulus imi cœli, fouea planetarum, Angulus terræ, Genitoris domus, à ſignificatione dicitur.

Significationes. *Ex hac enim* de parentibus, eorumq; ſtatu & conditione, de patrimonio, bonis immobilibus, ædificiis, fundis, hortis, aquis, vineis, ſyluis, paſcuis, fodinis metallicis, theſauris abſconditis, caſtris & ſimilibus iudicium elicitur. Quæ etiam poſt mortem nato ſint euentura, ex hac domo præuidetur.

Conſignificatores. *Conſignificatores* habet ex ſignis ♋, ex Planetis ☉: ex partibus corporis pectus, vt viſceribus pulmonem, ſplenem: ex coloribus rubeum: fortitudines iv. fortunatur à ♀, infortunatur à ♂ & ♄. Nulli planetæ in hac domo gaudium.

Partes corporũ.

Color.

Dignitates.

Aſpectus. *Aſpicit* vi. ☌, vii. □, viii. △, ſiniſtre: ii, ☌, i. □, xii. △, dextre: x. ☍: cum reliquis non configuratur.

Domini triplic. Ex *primo* triplicitatis domino de patribus iudicium profertur. Ex ſecundo de caſtris & ciuitatibus cuncta cognoſcimus. Ex tertio fines rerum iudicamus.

QVINTA DOMVS.

Appellatio. QVinta domus, ſuccedens dicitur, liberorum domus, bona fortuna à ſignificatione.

Significationes. *Liberis*, quorum ſtatus, conditio & fortuna hinc cognoſcitur, præeſt, item legatis & nationib. Decernit

Digitized by Google

cernit quoque gaudia, res venereas, voluptatum illecebras, vestimenta, conuiuia, ludos & alia, quæ animum exhilarare possunt. Item munera & dona, quæ in natum conferuntur siue ab amicis & cognatis, siue à Principibus & magnis dominis, vel gratitudinis ergo, vel alioquin liberalitatis aut declarandæ beneuolentiæ ac amoris causa, quo eum prosequuntur.

Consignificatores habet ex signis ♌, ex Planetis ☉, quæ & gaudium hic habet. Color mellitus seu melis ei tribuitur. Præest stomacho, epati, cordi, neruis, lateribus, dorso: fortitudines habet III. fortunatur à ☉ in fortunatur à ♂ & ♄. *Consignificatores.* *Color.* *Partes corporis.*

Intuetur VII. ♈, VIII. ☐, IX. △, sinistre: III. ♈, II. ☐, I. △, dextre: XI. ♂, reliquas non aspicit. *Dignitat.*

Primus triplicitatis Dominus filios eorumque vitam significat: secundus delectationem & gaudia: tertius legatos. *Domini triplicit.*

SEXTA DOMVS.

SExta domus cadens ab angulis, valetudo, & mala fortuna dicitur. *Appellationes.*

Ex hac eruuntur significationes I. De nati valetudine, infirmitate, futuris morbis, ac vitijs corporis, alijsque, corpus, præsertim visum seu oculos, infestantibus ac debilitantibus. II. De seruis & ancillis, eorumque statu. III. De animalibus minoribus & domesticis, deque commodo & incommodo, quod inde percepturus est natus. IV. De iis quoque, quæ ante senectutem vel finem vitæ nato sunt euentura, hic sumuntur coniecturæ. *Significationes.* *Consignificatores.*

Consignificatores habet ex signis ♍, ex Planetis ☿: gubernat inferiorem ventrem cum intestinis vsque ad *Partes corpor.*

Digitized by Google

Color. ad anum. Colorem sibi vendicat nigrum, debilita-
Debilitates. tes habet IIII. gaudet in hac domo ♂.

Aspectus. *Aspicit* VI/I.☌, IX.□, X.△, sinistre: IV.✶, III.□, II.△, dextre: XII.☍, reliquas non aspicit.

Domini triplic. *A primo* triplicitatis domino infirmitates, languores, ac tristitiæ ex infirmitatibus prouenientes cognoscuntur. A secundo serui seu familia. A tertio commoda ex seruis prædicuntur iudicium quoq; de animalibus, eorumq; multitudine inde dependet.

SEPTIMA DOMVS.

Appellatio. SEPTIMA Domus Occasus, Cardo vel Angulus occidentis dicitur. Item coniugij seu vxoris domus à significatione.

Significatio. *Est enim* nuptiarum & mulierum, item contentionum, bellorum, apertorum inimicorum, latronum, exulum, & medietatis ac finis vitæ domus. Est quoque vendendi, emendi & fugitiuorum domus, denotat furta, rapinas, & omnis generis scelera.

Septimam domum significare nuptias, mulieres, contentiones & similia, quæ supra enarrata sunt, omnes Astrologi fere affirmant.

Cardanus significare mortem dicit: Pontanum etiam in hac sententia fuisse constat: idque hanc ob causam, quod opponatur primæ, quæ significat vitam. Ego tamē illis assentior, qui octauam domum morti asscribunt: Quanquam non nego, si Saturnus aut ♂ sit in septima, aut oppositi inuicem, ex prima & septima designare malam mortem, ita vt in ferēdo iudicio de morte etiam hæc domus inprimis cōsiderari possit.

GAVRICVS dicit:

Septima quandoquidem domus est contraria primæ,
Prima domus vita: septima mortis erit.

Con-

Digitized by Google

Consignificatores habet ex signis ♎, ex Planetis ☽, pra est fœmoribus & lumbis, habet vmbilicum vsq; ad clunes. Calorem nigrum, fortitudines IV. *Consignificatores.* *Partes corpor.*

Aspicit IX ⚹, X. □, XI. △ sinistre: V. ⚹, IV. □, III. △ dextre, I. ☌, reliquas non aspicit. *Color.*

Primus triplicitatis dominus de mulieribus iudicat: Secundus de contentionibus: Tertius autem de commixtionibus & participationibus iudicium profert. *Dignitat.* *Aspectus.* *Domini triplic.*

OCTAVA DOMVS.

OCtaua domus vna est ex succedentibus, nominatur superna porta, piger locus à Firmico, dicitur & mortis ac hæreditatum domus. *Appellat.*

Mortem enim, laborem, tristitiam, mortuorum hæreditatem, occultos thesauros, & finem vitæ nobis præsagit. Venena lethalia, incantationes, pauores notat. *Significatio* *Consignificatio.* *Part. corp.*

Consignificatores habet ex signis ♏, ex planetis ♄, Præest vuluæ, vesicæ, testiculis, peni, inducit stranguriam, calculum, hæmorroidas, tenasmum. Colorem habet album, debilitates IV. *Color.* *Debilitates.*

Aspicit X. ⚹, XI. □, VII △, sinistre: VI. ⚹, V. □. IV. △ dextre: II. ☌. Reliquas non intuetur. *Aspectus.*

Primus dominus triplicitatis octauę domus mortem regit & moderatur. Secundus præcepta aut res aliquas docet. Tertius hæreditates mortuorum ostendit. *Domini triplic.*

NONA DOMVS.

NOna domus Græcis θεὸς, & religionis domus dicitur. *Appellat.*

Sumuntur enim hinc pietatis, religionis, dignitatum Ecclesiasticarum, sapientiæ, artium, item somnio- *Signific.*

Digitized by Google

mniorum, diuinationum, longorum itinerum, & legatorum significationes.

Consignificatores. *Consignificatores* habet ex signis ♐, ex planetis ♑, qui si in IX. constituatur, inprimis pios & vere religiosos significat. Ex coloribus nigrum. Præest podici, natibus & coxis. Gaudium in hac domo est ☉, qui & eam fortunat: infortunat vero ♂ & ♄: fortitudines habet II.

Color.

Part. corp.

Dignitates.

Aspectus. *Aspicit* XI. ⚹ XII. □ I. △, siniſtre: VII. ⚹, VI. □, V. △, dextre: III. ☌, nõ aſpicit reliquas, vt X. II. IV. & VIII.

Primus triplicitatis dominus peregrinationes & ea, quæ in ipſis accident, docet. Secundus fidei & religionis & eius accidentium rector eſt. Tertius ſomniorum interpres & ſapientiæ gubernator.

Dominii triplic.

DECIMA DOMVS.

Appellat. DEcima domus, Medium cœli dicitur, Cardo medii cœli, item culmẽ & faſtigium cœli Græcis μεσουράνημα, atq; regia domus.

Signific. Ex hac enim de imperiis, dignitatibus, officiis publicis, artibus exercendis, matribus, & ſubſtantia furtim ſublata cuncta cognoſcimus, & ad quod vitæ genus animus nati inprimis propenſus futurus ſit, diſcimus. Significat hæc domus dimidium annorum vitæ.

Consignificatores. *Consignificatores* ex ſignis habet ♑, ex Planetis ☽, Præeſt genibus & popliti. Vendicat ſibi colorem rubeum, fortitudines habet V. fortunatur à ☉ & ♑, infortunatur à ♂ & ♄.

Part. corp.

Color.

Dignitates.

Aspectus. *Intuetur* XI. ⚹, I. □, II. △, ſiniſtre: VIII. ⚹, VII. □, VI. △. dextre, IV. ☌, reliquas non intuetur.

Primus triplicitatis Dominus operum & exaltationis

Digitized by Google

nis est moderator. Secundus dignitatem & imperium tribuit. Tertius honores & dignitates durabiles promittit. *Domini triplic.*

VNDECIMA DOMVS.

VNDECIMA domus, bonus dæmon, & bonus genius dicitur propter significationem bonorum & felicium euentuum, estque vna ex succedentibus. *Appellat.*

Depromuntur ex hac domo significata de amicis, fauore & fide eorum, cum quibus familiariter natus victurus sit. Item de consiliariis Regum ac Principum. Iudicatur etiam hinc, vtrum natus habiturus sit accessiones & emolumenta ab amicis. *Significatio*

Consignificatores habet ex signis ♒, ex Planetis ☉: gaudium in hac habet ♃. Præest cruribus vsque ad talos: colorem habet croceum: fortitudines III. fortunatur à ♃, debilitatur à ♂ & ♄. *Consignificatores. Part. corp. Color.*

Aspicit I. ⚺, II. □, III. △, sinistre: IX. ⚺, VIII. □, VII. △, dextre, V. ☌. *Debilitates. Aspectus.*

Primus triplicitatis dominus fidei & fauoris promissor est. Secundus laborum. Tertius autem vtilitatum seu commodorum à laboribus prouenientium causa existit. *Domini triplicit.*

DVODECIMA DOMVS.

DVodecima domus, alio nomine malus dæmon à mala significatione. Item inimicorum domus, quod ex hac de inimicis pronunciamus, vt ex vndecima de amicis. *Appellat.*

Hic de inimicis & hostibus occultis, de tristitia, mœrore ac ærumnis nati: de carceribus, vinculis, odiis, dissensionibus, & maioribus animalibus ac bestiis: de seruorum substantia & fidelitate, de quibusdam mor- *Signific.*

Digitized by Google

morbis & ægritudinibus, & vtrum damna & mala natus perpessurus sit ab inimicis, seruis ac animalib. sumitur iudicium. Coniecturæ etiam hinc petuntur de ijs, quæ in partu muliebribus accidunt, siue ea sint bona siue mala.

Consignificatores. *Consignificatores* habet ex signis ♈, ex Planetis ☿. Gaudet in ea Saturnus. Pedibus præest & podagræ: *Partes corporis.* colorem habet viridem, debilitates v. *Color.* *Debilitates.*

Aspicit II. ⚹, III. □, IV. △, sinistre; X. ⚹, IX. □, VIII. △, dextre; VI ☌, cum reliquis per nullum aspectum habet societatem. *Aspectus Domini triplicit.*

Primus triplicitatis dominus duodecimæ occultorum inimicorum dominus est. Secundus laborum. Tertius vero animalium significator existit.

VERSVS SINGVLIS DICTIONIBVS SINGVLARVM DOMORUM significationem præcipuam notantes.

Vita, lucrum, fratres genitor, nati valetudo,
Vxor, mors, pietas, regnum benefacta q3, carcer.

Alij idem facientes singulis Hexamettis.

Prima domus vitam signat, corpus q3 figurat:
Altera dat lucrum, victum, sensus q3 ministrat:
Tertia signat iter, fratrum, sortem q3 sororum:
Quarta notat patrem, & patrimonia & abdita rerum:
Quinta ferat natos, conuiuia, munera ludos:
Sexta dat aerumnas, morbos famulos q3, pecus q3.
Septima coniugium ac hostes monstrat q3 rapinas:
Octaua est lethe, funesta & dira venena:
Nonam habitat pietas, & somnia cuncta reuelat:
In decima sceptrum & clari dominantur honores:

Vnde-

Digitized by Google

Vndecima eueniet est fœlix, & donat amicos:
Et postrema domus horrendum est carceris antrum.

GAVRICVS ita describit:

PRIMA *domus vitæ vel fat præsagia nostræ:*
PROXIMA *diuitias & bona parta notat:*
TERTIA *dat fratres, iter & terras, religionem:*
QVARTA *domus stabiles, res simul, atque patrem:*
QVINTA *dabit natos, conuiuia, dona, iocosq;:*
SEXTA *pecus, seruos, ægraq; membra viris:*
SEPTIMA *dat vxor, hostes, connubia, mortem:*
OCTAVA *hæredes denotat atque necem:*
NONA *vias longas, pietatem & somnia signat:*
At cœli CVLMEN *regna, trophæa, decus:*
VNDECIMA *est præbet tibi spem, fidesq; sodales:*
VLTIMA *diffidiis carceribusq; datur.*

Postremi quatuor versus sunt paulum mutati.

NOTANDA DE DOMIBVS cælestibus.

I. In modo rationali sæpè signum in domibus intercipitur, non igitur quod in cuspidibus tantum vides emergere, sed etiam, quod intercipitur, eorumque domini sunt obseruandi.

II. In domibus cœli quinque gradus præcedentes cuspidem, connumerandi sunt sequenti domui: hac ratione posteriores quinq; gradus duodecimæ ad primam referuntur domum, & sic de reliquis sentiendum.

III. Nona cum tertia, sexta cum duodecima, quinta cum vndecima semper conueniunt, ita, vt, quæ vno in loco decernit Planeta, ea idem etiam, licet debilius, in opposito constitutus polliceatur.

Digitized by Google

SECVNDVM CAPVT DE XII. SIGNIS ZODIACI, ET eorum diuisionibus.

DVPLICIA sunt cœlestia corpora elementarem hunc afficientia orbem. Stellæ fixæ & erraticæ.

Fixæ in vna omnes sunt Sphæra, quarum præcipuæ maximeque conspicuæ numerantur ab Astronomis M. D. XXII. quæ in XLVIII. imagines seu effigies, vt facilè agnosci discernique possint, sunt digestæ, earumq; nomina in his versiculis HONTERI comprehensa sunt:

Ad Boream geminas ingens Draco diuidit Arctos,
Hinc subit Arctophylax, paritérq; Corona, Lyraq;,
Proximus Engonasis, post hunc Ophiuchus & Anguis,
Mox Aquila & Telum surgunt & lactea cygni
Sydera, Pegasus hunc sequitur, Delphina simulq;
Andromede, Cepheusq; & Cassiopeia parentes;
Armatusq; gener Perseus: circum ora Medusæ
Horrida, Deltothon simul Heniochusq; feruntur.
Hinc Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq;, Scorpius, Arcitenens, Caper, Hydria, Pisces.
Cetus & Eridanus post hæc vertuntur ad Austrum,
Orionq; premens Leporem, Procyonque refulgens.
Inde Canis maior stellataq; cernitur Argo,
Rerq; trium loca signorum se porrigit, Hydra
Craterem dorso gestans, coruumq; loquacem.
Hic fera Centauro resupina tenetur, at vltra
Thuribulum, Notia pisces fugit astra Corona.

Ex his XLVIII. imaginibus XII. sunt in Zodiaco, quarum nomina, etsi modò sint posita inter cæteros ver-

Digitized by Google

versus, hic tamen memoriæ iuuandæ causa repetere libuit:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,
Libraq, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Sub his Planetæ à Zodiaco nunquam recedentes, semper mouentur, & eas ob id multò euidentius, quam reliquas stellas fixas, ad quas Planetæ nunquam accedunt, agere experientia manifestum est.

Considerandæ sunt in hoc secundo capite II.

I. Signorum Zodiaci diuisiones.

II. Quibus partibus humani corporis dominentur & præsint.

His tabella & versus subiiciuntur de dignitatibus & debilitatibus Planetarum essentialibus, vt vno quasi intuitu Astrologiæ studiosus videat, in quibus Zodiaci signis eæ sint.

Diuiduntur duodecim Zodiaci signa multipliciter.

I. In septentrionalia & meridionalia ratione plagæ.

Septentrionalia sunt, quæ ab Æquatore declinant in Boream, vt sunt ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍.

Meridionalia, quæ ab Æquatore in meridiem recedunt, vt ♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

II. In quatuor trigonos ratione qualitatum.

Igneum, Aereum, Aqueum, Terreum.

Ignei trigoni signa sunt ♈, ♌, ♐, calida, sicca & cholerica.

Aerei ♊, ♎, ♒, calida, humida, sanguinea.

Aquei ♋, ♏, ♓, frigida, humida & phlegmatica.

Terrei ♉, ♍, ♑, frigida, sicca, melancholica.

III. In mobilia, fixa & communia.

Digitized by Google

Mobilia sunt ♈, ♎, ♑, ♓, sic dicta, quod cum in illis Sol est, fit temporis mutatio: in genesi mobilitatem, instabilitatem & celeritatem efficiunt.

Fixa sunt ♉, ♌, ♏, ♒: hæc in genesi perseverantes, firmos & constantes in proposito significant.

Communia sunt ♊, ♍, ♐, ♓, quæ effectus mixtos, mediocres, ac temperatos producere existimantur.

IV. In signa directè ascendentia, & signa ascendentia oblique, idque ratione ascensionum.

Directè ascendunt, ♋, ♌, ♍, ♎, ♏, ♐, cum his maior portio de Æquatore ascendit.

Oblique emergunt, ♓, ♒, ♓, ♈, ♉, ♊, minor arcus de Æquatore, cum his ascendit.

De his versus:

Recta meant, obliqua cadunt à sydere Cancri,
Donec finitur Chiron: sed cætera signa
Nascuntur prono, descendunt tramite recto.

V. In Masculina & Fœminina ratione sexus.

Masculina, quæ vt diurna dicuntur, sunt ♈, ♊, ♌, ♎, ♐, ♒: Reliqua fœminina dicuntur & nocturna, vt: ♉, ♋, ♍, ♏, ♑, ♓.

VI. In imperantia & obedientia.

Imperantia sint signa medietatis Septentrionalis, vt: ♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍.

Obedientia Australia, vt: ♓, ♒, ♑, ♐, ♏, ♎.

VII. In signa pulchritudinis & deformitatis, ratione formæ.

Signa pulchritudinis sunt ♊, ♍, ♎, & prima medietas ♐. *Mediocris pulchritudinis* ♏, ♒, ♓. *Deformia* ♉, ♋, & ♑.

VIII. In

Digitized by Google

VIII. In signa fœcunda, paucorum liberorum, & sterilia.

Signa fœcunda sunt ♋, ♏, ♓: *paucorum liberorum*, ♉, ♎, ♐, ♑, ♒. *Sterilia* ♈, ♌, ♊, ♍.

IX. In humana, rationalia & *bonam vocem habentia*, vt ♊, ♍, ♒, ♎, & priores gradus xv. de ♐. *Mediocrem vocem* significantia, vt ♈, ♉, ♌, ♑, & vltima medietas ♐: & *voce carentia* ac muta ♋, ♏, ♓, quæ quoniam phlegmatica sunt, agilem linguam denegant.

X. Diuiduntur signa secundum effectus diuersos, quos habent in corporibus, vel pinguefaciendis vel attennandis. *Obesa* faciunt corpora priores medietates ♈, ♉, & ♌. *Macilenta* verò posteriores eorundem medietates: ♐ vero ♊ & ♏, priores xv. gradus gracilia reddunt corpora & debilia: posteriores verò horum partes corpora efficiunt grassiora & robustiora. At ♍, ♎ & ♒ corpora dant carnosa, vt Ptolomæus vocat, & benè proportionata. Signa infirmitatis sunt ♉, ♋, ♏, ♑ & ♒.

XI. Signa bonorum ingeniorum, facundiæ cognitionis Astrologiæ & numerorum sunt, ♎, ♊, ♒ & ♑. Præstantia ingenia habuerunt suos positus in his signis. Inter ea tamen præcipua sunt ♑ & ♒, quæ efficiunt *ingenia Philosophica*. In his ☿ optimè collocatur, quoad ingenium: hoc tamen interest, quòd ♄ magis contentiosa & mediocria efficit: ♒ verò placidiora & mitiora, sed tamen veritatis amantia. ♎ & ♍ in ascendente plerunque faciunt scholæ moderatores. *Musicum ingenium* largientia signa sunt ♉, ♊, ♎ & ♐.

XII. Sunt præterea certa signa, quæ certos affe-

Digitized by Google

ctus, & certas cupiditates efficiunt vehementiores. Alia enim *vitiosa* dicuntur, vt ♀, ♂, ♋, ♄: alia *luxuriosa* & incontinentiam significantia, vt ♀, ♂, ☊, ♃, alia iracunda, vt ♀, ☊, ♄.

II. *Quibus membris humani corporis singula signa præsideant & dominentur.*

♈ Capiti, faciei, oculis, auribus & morbis, qui in capite generantur, & choleræ præest.

♉ collo, ceruici, gutturi, melancholico humori præest.

♊ habent humeros, brachia, scapulas, manus, mammillas, sanguini præsunt.

♋ pulmonem habet, pectus, epar & costas, & dominatur fallo phlegmati.

☌ stomachum, ventriculum, cor, dorsum, latera, diaphragma, & cholericum habet humorem.

♍ præest ventri & intestinis, & eorum ægritudines portendit; generat melancholiam.

♎ lumbos, vmbilicum, renes, vesicam, femora, & inferiora ventris: sanguini præest.

♏ inguina, pudenda, anum & vicinas partes obtinet, ac phlegmati dominatur.

♐ coxis, natibus, femoribus, item choleræ præest.

♑ poplites, genua habet, quanquam & oculorum impedimenta denotat, melancholicum excitat humorem.

♒ crura, tibias & fibulas possidet, & habet sanguinem.

♓ talo & pedibus dominantur & phlegmati præsunt.

MAR-

Digitized by Google



DE GAVDIIS PL… in Domibus.

GAVDENT etiam Pla… mibus, quod quider… gno, est dignitas essentia… accidentalis.

SATVRNVS igitur ga… duodecima domo.

IVPPITER gaudet in… cima.

MARS gaudet in Scor…
SOL gaudet in Leone,…
VENVS gaudet in Tau…
MERCVRIVS gaudet…
LVNA denique gaudet …

DEBILITATES … essen…

PEREGRINVS est Pl… est, nullam habet dig…
In detrimento est, cu… opposito.
In casu est, cum est in … opponitur.

Quoniam etiam sunt aspe… quibus Planetarum configur… cere tabulam illorum aspectu… nes possim.

Digitized by Google

ctus ANETARVM TAM
Ali quam in signis.
rios
alia netæ in signis, atque in do-
n gaudium si sumitur in si-
II. lis, si in domib. est dignitas

udet in Aquario atque in
capi
Sagittario atque in vnde-
præ
pione atq; in sexta.
atq; in nona.
ro & in quinta.
in Virgine, & prima.
n Cancro, atq; in tertia.
tera, PLANETARVM
ciales.
nes p aneta, cum in loco, in quo
nitatem.
& in m est in signo suæ domui
tinet igno, quod exaltationi sui
est. ctus certi signorum inter se, ex
tiones dependent: libuit subii-
rum i um. vt vno intuitu haberio-
hur

g

dominantur & phlegmati pre-

MAR-

Digitized by Google

Planetæ.	Domus.	Exaltatio.	Casus.
♄	di.no. ♒ ♑	♎	♈
♃	♐ ♓	♋	♑
♂	♈ ♏	♑	♋
☉	♌	♈	♎
♀	♎ ♉	♓	♍
☿	♊ ♍	♍	♓
☾	♋ di.no.	♉	♏

Digitized by Google

DE DOMIBVS, EXALTATIONIbus & casibus Planetarum.

Saturni domus est noctis Caper. Vrna diei,
Gloria Libra seni, sed dolor est Aries.

Iuppiter Arcitenentis habet cum Pisce sagittam,
Cui tamen in Cancro sors bona iniqua Capro.

Sed Martu domus est Aries & Scorpio pugnax,
Hunc ♑ Caper tollit, Cancer ad imus premit.

Sol habet hospitium sibi solus in ade Leonis,
Atq; illi est Aries gloria, Libra dolor.

At Venus in Tauro, Libraq; per atria versat
Piscibus exultat, virgine prissa iacet.

Mercuriusq; habitat Geminorum in sede triumphat,
Virgine, & est mœstus Pisce adeunte caput.

Luna domum Cancri tenet, illam Taurus honorat
Et supra hanc versans Scorpio forte premit.

Digitized by Google

MARCVS MANILIVS LIB. IV. de iiſdem.

Nam q; Aries capiti: Taurus cervicibus hæret,
Brachia ſub Geminis cenſentur, pectora Cancro
Te, ſcapule, Nemæe volant, teq; ilia Virgo,
Libra colus clunes, & Scorpius inguine regnat;
Et femur Arcitenens, genua & Capricornus adauxit,
Crura q; defendit iuuenis, veſtigia Piſces.

* *
*

Huc referenda eſt tabula de dignitatibus ſignorum Zodiaci.

Præterea tabula de domibus & exaltationibus Planetarum.

DE ANTISCIIS.

CVM Antiſcia quàndam cognationem habeant cum aſpectibus, hic deinceps de illis verba facere conſtitui.

Antiſcia ſunt quaſi quædam vmbrationes, mutuo miſſa in puncta æqualiter à Tropicis diſtantia, quæ puncta æquales habent aſcenſiones, dieſq; faciunt inuicem æquales.

ÆGYPTII his magnam vim tribuerunt, nec cæteri quoque, qui abſolutam & perfectam iudicandi ſcientiam aſſecuti ſunt, ea contempſerunt.

TRAPEZONTIVS tribuit his maximam vim, ſed tamen ſecundariam poſt Planetas. Dicit enim cùm Antiſcia ſimilis ſint gradus, & eiuſdem penè complexionis & naturæ inueniantur, fieri inde, vt quam vim Planeta non habet in vno locorum, vbi eſt Antiſcium eius, habeat in altero, ſecundum figuræ ſitum & Planetarum irradiationes.

De Antiſciis legatur PONTANVS in centiloquio PTOLOMÆI LXXVIII. Vbi inter alia indicatur,

Digitized by Google

antiscia multos Planetarum effectus significationesque ab aspectibus non iudicatas patefacere, & Planetas sæpenumerò bonum aliquod, & quidem non expectatum, hoc est, ab aspectibus non denunciatum adferre ex antiscijs; verum vbi minaces obfuerint stellæ, damnum atque incommoda.

Si progressiones siue directiones locorum hylegialium ad antiscia Planetarum & aspectuum dirigendo peruenerint, operantur Planetæ, eorumque radij, ac si ibidem essent collocati.

Ad bonorum itaq; antiscia si fuerint progressiones Aphetarum deuolutæ, nato felicitas & bona corporis constitutio eo anno promittitur. Sin verò ad maleficorum graui morbo natus conflictabitur, aut in mortis discrimen veniet, præsertim si luminare conditionarium & anni Rex fuerint commaculati seu malè affecti in radice & reuolutione.

Initium Antisciorum sumitur aut à ♊, & ♋, aut à ♐, & ♑. *Quæ autem signa, qui gradus itidem, & quæ mutua signorum antiscium mutuo mittant, ex subiecta tabella patet.*

TABVLA GENERALIS ANTISCIORVM.

In signis.



In

Digitized by Google

In gradibus.				Inminutis.		
1	29	1		59	16	44
2	28	2		58	17	43
3	27	3		57	18	42
4	26	4		56	19	41
5	25	5		55	20	40
6	24	6		54	21	39
7	23	7		53	22	38
8	22	8	in	52	23	in 37
9	21	9		51	24	36
10	20	10		50	25	35
11	19	11		49	26	34
12	18	12		48	27	33
13	17	13		47	28	32
14	16	14		46	29	31
15	15	15		45	30	30

TERTIVM CAPVT DE PLANETIS SEV STELlis Erraticis.

HVIVS MEMBRA SVNT decem.

1 *De proprietatibus Planetarum.*

2 *De significatis Planetarum,* ☊, ☋, *& parte fortuna in* XII. *cœli domiciliis.*

3 *De significatis Planetarum in domo propria & aliena.*

4 *De significationibus Domini Ascendentis in Natiuitate ex Schonero.*

5 *De significationibus Domini Genituræ ex libro Cardani Posthumo.*

Digitized by Google

6 De significationibus Domini ascendentis in singulis domiciliis ex Albohali.
7 Albohali de coniunctionibus Lunæ cum Planetis.
8 De coniunctionibus & aspectibus Planetarum ad se inuicem ex Schonero.
9 De forma & colore, quem Planeta nato imprimunt.
10 De proportione corporum ex Gauurico.

PRIMVM MEMBRVM DE Proprietatibus Planetarum versibus comprehensis.

SATVRNO morbos, pœnas, Cereris q3 laborem,
Et miseros vitæ casus, pelagiq3 procellas
Attribuunt: rectumq3 Ioui, sanctumq3 piumq3,
Marti aciem: Soli regnum: Veneriq3 cubile:
Sed quorum mentes subtili dogmate ad artes
Exemplis fecere viam Cyllenius affert:
Luna bonos, claros q2 facit, plenosq3 fauoris.

SATVRNVS.

Mortales odio infestans & peste maligna,
Falcifer immitti deuorat ore senex.
Ora modis miris semper cum liuida pallent,
Inuidia huic cordi est, ambitioq3 latens.
Turpis, iners animus, frigus sub pectore torpet,
Adiuuat haredem, vomere scindit humum.

Aliter.

Nigra seni facies, tardus gradus, horrida barba,
Et cani crines, & membra effœta senecta:
Ingenio tamen ipse bonus, nec inutile pectus:
Semper at æterno contristat frigore terras.

IVPPITER.

Vtilis effulget, iucundo sydere, terris

Iuppi-

Digitized by Google

Iuppiter, vnde iuuans dicitur ille pater.
Iura Magistratus, fora, templa tuetur & vrbes,
Iustitia clarus, consiliisq; viget.
Efficit hic magnis graios; & amator honesti,
Ex imo natos tollit ad alta gradu.

MARS.

Igneus ecce micat rubicundo lumine Mauors.
Pectus & accensum feruida bilis agit.
Hunc ira, rabies, furor, arma, ferocia, cades,
Proditio, bellum, seditioque iuuant.
Sæpius apportat claram victoria famam.
Lites ex spoliis dissidiisq; facit.

Aliter.

Marte dolus, præda, cades, violentia regnant,
Proditio, bellum, miscentur sacra profanis.

SOL.

Sol oculus mundi, vita Sol lucis & auctor;
Lucens solus homo, nomina Solis habet.
Magnanimos, iustos creat hic, & sæpè superbos,
In solio reges collocat atque duces.
Longæuos facit hic & magno numine claros,
Splendida fert regum dona fauore potens.

Aliter.

Magnificos reges, iustos, quandoque superbos,
Et fortes animo gignit Sol sydere natos.

VENVS.

En Soli vicina Venus nitet aurea vultu
Blanda, decens forma, iura potentia habet.
Lætitiam, choreas, lusus amat, otia quærit,
Editus hac amor est, hac genetrice iocus:
Vere nouo gaudet, terram fœcundat & æquor,
Commoda dat thalami fœdera, dote beat.

Digitized by Google

Aliter.

Lucem aperit, reseratq; diem mortalibus almum.
Cum Venus ad Solem subito vestigia flectit.
Ad Venerem referunt gratos, vnguenta, camœnas,
Stupra, voluptates, cultus, bellaria, luxus.

MERCVRIVS.

MERCVRIVS fertur breuibus leuis æthere gyris,
Inconstans, varius, nec stationc manet.
Hic aciem ingenii, varias largitur & artes,
Dulcis & orator voce, poeta lyra est.
Mercator bonus est, animi vim mobilis aqui,
Applicat ille bonis, applicat ille malis.

Aliter.

MERCVRIVS fingit diuinos arte Poetas,
Solertes, doctos, blandos sermone, fideles.

LVNA.

LVNA per humentes tenebras & candida bigis
Luce micat fratris: corpora magna creat.
Herbosis habitat ripis, freta cærula ponti
Nauigat: extremo quærit in orbe domum.
Dat thalami socios, & regna ablegat & vrbes,
Instabilis vita mutat & illa genus.

Aliter.

Astrum Lunæ fugax, tenebrarum & noctis amicum,
Fœmineum, sterile, vmbrosum, mutabile, vanum.

EVCLIDES DE PLANETIS.

Septem voluuntur stellati in lumine cœli,
Errabunda regunt quæ nostrum sydera sæclum.
Phœbe noctiuaga, tristis Saturnus, Apollo
Dulcis, amica Venus, Mars audax, aliger Hermes,
Naturæq; parens & stirpis Iuppiter auctor:

Hæc

Digitized by Google

Hæc mortale regunt hominum genus, ista colunt nos.
Saturnus, Sol, Luna, Venus, Mars, Iuppiter, Hermes.

DE MOTV PLANETARVM PROPRIO.

Annis triginta SATVRNVS *conficit orbem;*
Signiferum absoluit duodenis IVPPITER *annis:*
Mense quater seno trux circuit astra Gradiuus:
Curriculum Titan bissenis mensibus implet.
Conficit atq; VENVS *totidem; totidem quoque Stilbon:*
Omnem mense polum Phœbe nocturna pererrat.

TABVLA MEDIORVM MOtuum Planetarum.

	G.	M.	Secund.
♄	6	2	0
♃	●	4	59
♂	0	31	27
☉	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☾	12	11	27

Medius motus Lunæ à Sole.

Velox cum plus in die progreditur, quam est eius medius motus.

Tardus, cum in die minus progreditur, quam est eius medius motus.

PLANETA DICITVR SATVRNVS.

SATVRNVS *dictus à saturitate, vel quod ea, quatribuit, cum plenitudine conferre putatur, vel quod saturetur annis.*

Fusius

Digitized by Google

Fuscus est, & colore plumbeus, obtusioris luminis, quouis alio Planeta, & minimus aspectu, præter ☽.

Attributi sunt ei niger, cinereus & pullus color.

Frigidam habet naturam, cum à Sole plurimum absit, siccitate etiam parum per affectus.

Est masculinus, melancholicus, terreus, diurnus, malus, humanæ naturæ noxius atq; inimicus, infortuna maior dictus.

Tardus item in effectibus, ponderosus & grauis, teterrimus per omnes suos aspectus.

Præest senibus, patribus, auis, abauis, agricolis, mendicis, Hebræis, fossoribus metallorum, coriariis, figulis, habentibus profundas cogitationes.

Ex rebus habet altam memoriam, multarum rerum experientiam & scientiam, consuetudines & vtilitates, regni ædificationes, possessiones, hæreditates, agriculturam, & plerasq; artes sordidas.

Affert carceres, morbos longos, hostes occultos.

Facit homines colore nigros & croceos, habentes oculos defixos in terram, macros, incuruos, paruis oculis, raris barbis, pauidos, taciturnos, superstitiosos, dolosos, auaros, tristes, laboriosos, pauperes, contemptos, infelices, melancholicos, inuidos, pertinaces, solitarios, insidiatores, iubebos, vorteos, thesaurarios.

Tribuuntur ei ex membris auris dextra, splen, vesica, ossa, dentes.

Et horum membrorum infirmitates: podagra, lepra, scabies, paralysis, tabes, icterus niger, quartana febris, colica passio, hydrops, pituitosi catharri ad pulmones & pectoralia delabentes, tussis & similes morbi, qui ex defluxu frigidorum humorum existunt.

Habet bruces, nigros lapides & turbidos;

Item

Digitized by Google

Item plumbum.

Et numerum octonarium.

Ex arboribus sambucum, quercum, platanum, & oēs arbores grossam & asperam corticem habentes.

Ex herbis & radicibus, rutam, cæpam, coloquintidam, & omnes radicem grossam habentes, myrrham, casiam, aloen, palmam, mespilos.

Ex animalibus camelos, porcos, vrsos, catos, & omnia, quæ noctu vagantur: grues, struthiones & tarde gradientia, bubones, mures, talpas, scorpios, scarabæos.

Clima primum habet dextrum orientis, Bauariam, Saxoniam, Stiriam, Romandiolam, Rauennam, Constantiam, Ingolstadium.

Attribuitur ei cuiuscunque septimanæ feria vltima, quæ ab illo dies Saturni nominata est; & hora prima & octaua istius diei ab ortu Solis numerando, noctis vero sequentis tertia, & decima à principio noctis computando.

Ivppiter.

Iuppiter *dictus à iuuando, quasi iuuans Pater, cum sit salutaris hominum generi, aspectu clarus; tantum fulgens, vt vmbram faciat, obscuriorem tamen, quam* ♀.

Maximus est aspectu inter Planetas, preter Solem & Lunam, Veneremq;, à qua tamen parum vincitur.

Natura eius est calida & humida temperate; sanguinea; aerea.

Est enim medius inter Saturnum frigefacientem, & Martem vrentem; beneficus per omnes suos aspectus.

Masculinus, diurnus, humanæ naturæ amicus, Fortunæ maior dictus.

Attributi sunt ei colores, cæruleus, flauus, purpureus.

Facit

Digitized by Google

Facit homines albos, pulcræ staturæ, boni animi, graues, in actionibus prudentes, iustos, liberales, diuites, honoratos, fideles, felices.

Est significator superbiæ, religionis, diuitiarum, legum, gloriæ, laudis, filiorum, Cardinalium, Episcoporum, Antistitum, Iudicum.

Dominatur pulmoni, costis, cartilaginibus, hepati, arteriis, pulsui, semini.

Et horum membrorum affectiones habet (quando est significator morborum) peripneumoniam, apoplexiam, pleurisin, cardiacam, anginam, spasmū, siue conuulsionem & stuporem, inflammationes hepatis, dolores capitis, passiones spinæ dorsi. Item, ventositates in corpore, & morbos, qui ex flatibus, aut fœtore, aut putrefactionibus oriuntur.

Benè positus semen augmentat.

Dominium habet in Smaragdum, Sapphyrum, Amethystum, Turcoidem & stannum.

Dominatur rosis & lauro, amat crocum, sandalium, ambram, camphoram, saccarum, muscum.

Numerum sibi vendicat ternarium.

Animalium habet, elephantes, damas, ceruos, tauros, boues, picas, columbas, turtures, coturnices, aquilas, pauones, falcones.

Clima tenet secundum, Septentrionem, Babyloniam, Persidem, Hungariam, Hispanias, Coloniam Agrippinam.

Dies eius est feria septimanæ quinta, & Iouis ab illo appellatur: & hora diei est ab ortu Solis prima & octaua; noctis vero sequentis ab occasu Solis tertia & decima.

MARS.

Mars *dictus, quòd maribus in bello prosit; Mauors, quod magna vertat.*

Ruti-

Digitized by Google

Rutilus ac terribilis igne ardens & micans, secundum Ciceronem, differt à Ioue & Venere paruitate, rubore & obscuritate.

Habet colores, rubrum, flauum, igneum.

Natura eius est calida & ficca intemperate, biliosa.

Est masculinus, nocturnus, infortuna minor, inimicus humanæ naturæ, & belli auctor pessimus, nocuus per coniunctionem, quadratũ & oppositũ.

Significat furibundos, habentes rubeos capillos, vehemẽtes, cholericos, audaces, temerarios, loquaces, iracundos, prodigos, pugnaces, contumelioſos, seditioſos, coniuratos, prædones, crudeles, inuerecundos, chirurgos, lictores, Duces, Capitaneos, opifices, qui ferrum & ignita opera tractant, bombardarios, machæropeos, fulores.

Habet rixas, militiam, victoriam, fortiter gesta, artes fabriles, Alchymisticam, & omnia opificia, quæ fiunt per ignem, tyrannidem, violentiam.

Significat autem siniſtram, fel, renes, venas, pudenda, teſtes.

Et horum affectiones, peſtem, apoſtemata feruentia, acutas febres, vulnera præſertim in facie, morbos acutos, febres tertianas, continuas & intermittentes, icterum flauum, eryſipelas, carbunculos, fiſtulas, epilepſiam, diſſenteriam, ac ſimiles ægritudines calidas & ſiccas.

Lapides habet, Adamanta, Iaſpidem, Rubinum, Magnetem.

Item ferrum, chalybem.

Et numerum nouenarium.

Ex herbis & radicibus, piper, zinziber, ſynapi, raphanus, ſcammoneum, euphorbium illi ſubiecta ſunt.

Dominatur mulis, apris, lupis, equis, leonib. accipitribus,

Digitized by Google

pitribus, miluis, gallis, amaris item ac venenis, quæ ob calorem statim occidunt.

Clima tertium habet Septentrionem, Sauromatas, Getas, Longobardos, Batauiam, Fertariam.

Dies eius est feria tertia septimanæ, quæ ab illo Martis appellatur: & istius diei hora ab ortu Solis prima & octaua; noctis sequentis tertia & decima ab occasu Solis numeratæ.

SOL.

Sol *dictus quasi solum lucens, cum sit oculus & anima mundi, & lucis diurnæ auctor, & temporum, annorum, dierum & horarum distributor.*

Aureus est & radians, & occultat omnia præter Lunam & in ortu ac occasu admittit Venerem, vt videri possit.

Colores habet aureum, fuluum & purpureum.

Operatur calorem & siccitatem temperatam.

Est masculinus & diurnus, calidus, & siccus moderate, bonus cum bonis aspectibus aliorum, sed malus cum malis aspectibus, Fortuna per sextilem & trigonum bene affectus: infortuna vero per coniunctionem quadratum & oppositum; præcipue peregrinus.

Facit homines croceos, crispos, caluos, pulcri coloris, fortes, secretos, probos, magnificos, magnanimos, cogitabundos, quietos, tribuit longam vitam, corpus incolume, mentem synceram & optimam, regias dignitates, honores & opes plus quam cæteri Planetæ.

Significat Reges, Principes, Comites, aulicos, gerentes Magistratum, splendidos, claros, prouidos, amantes, & cupidos honorum, ambitiosos; regna, respublicas, nobilitatem, Magistratus, magnanimitatem,

Digitized by Google

tatem, fortitudinem, splendorem, dominationem, honores, &c.

Sub dominio suo habet cerebrum, neruos, cor, oculum dextrum virorum, sinistrum mulierum, neruos opticos, latus dextrum.

Et harum partium ægritudines, syncopen, παλμὸν, καρδιαλγὶαν, spasmum, cathartum, frigiditatem epatis & stomachi, pustulas matricis & partium inferiorum.

Habet lapides hyacinthum, chrysolithum, belaium.

Et aurum.

Ex numeris habet vnitatem & quaternarium.

Arbores: salices, oliuas, cerasos, palmas, rosmarinum, hordeum, frumentum.

Animalia regia: vt leones, falcones, gallos, aquas.

Præest aromatibus.

Clima quartum, orientem tenet.

Dies eius est feria prima, quæ ab eo Solis denominatur: & istius diei ab ortu solis hora prima & octaua: noctis sequentis, ab occasu Solis, hora tertia & decima.

SOL.

Astrorum princeps, cœli decus, orbis & anni
Arbiter, ad nutum tempora res que gero:

VENVS.

Venus dicta vel à veneror, quia pulchritudinis est venetrix: vel à veniendo, quod ad omnes res veniat, ludus ac laticia mundi nostri, fœcunditatem terra atque animantium adiuuans.

Tantum fundit luminis, vt huius radiis vmbras fieri videamus, splendida & candidissima, & aspectu maxima omnium stellarum, exceptis luminaribus.

Colotes habet viridem, fuscum, aëreum:

Naturam phlegmaticam frigidam & humidam, temperie tamen affectam.

Est fœminina, nocturna, fortuna minor, & temperatæ qualitatis, per omnes suos aspectus benefica.

Facit fœminas pulchras, cum crinibus longis, facie & oculis rotundis, ac fere tales homines, quales Iuppiter, sed luxui, ocio atq; libidinibus deditos.

Significat vxores, matrem, puellas, concubinas, adolescentes, coquos, Musicos, mulieres sanguine iunctas, mansuetos, cōptos, saltatores, procos, mulierosos, appetentes deliciarum & sodalitii, phrygiones, Poëtas, pictores: amorem, misericordiam, affabilitatem, comitatem, vrbanitatem, pulchritudinem, donationes à mulieribus & amicis, coniugium, dotem, ornamenta & res pretiosas, libidines, luxum.

Præsidet matrici, renibus, genitalibus, vasis seminariis, mammis, gutturi, lumbis, natibus, hepati, spermati, odoratui.

Et horum membrorum ægritudines habet: passiones matricis, suffocationes, gonorrhœam, priapismum, diabetem, hepatis & stomachi imbecillitates ex causa frigida & humida, scabiem Gallicam, lienteriam, frigus stomachi.

Lapides sibi vendicat Sapphyros, Cornelios, Corallos, Carbunculos, Margaritas.

Ex numeris habet senarium.

Inter herbas & arbores habet balsamum, lilia, thus, rosas, ambram, muscum, crocum, dactylum.

Ex animalibus capras, phasianos, perdices, turtures, columbas.

Clima tenet quintum, Austriam, Arabiam, Campaniam,

Digitized by Google

paniam, Poloniã maiorem, Heluetias, Senas, Viennam, Auguſtam.

Dies eius eſt feria ſexta, vnde ab ea denominationem accepit.

Hora item iſtius diei ab ortu Solis, prima & octaua; noctis vero ſequentis, ab occaſu Solis, tertia & decima.

MERCVRIVS.

Mercurius *dictus à merce, quia rationum, mercaturæ & eloquentiæ pater eſt:*

Stella lucida, licet non candida, ſemper Soli vicina, parua admodum.

Habet colores cæſium, mixtum variumq;.

Eſt mutabilis & variæ naturæ cum bonis bonus, cum malis malus, cum maſculinis maſculinus, cum fœmininis fœmininus, cum fortunis fortuna, cum infortunis infortuna, cum humidis humidus, cum calidis calidus, & vere hermaphrodytus.

Propria tamen eius natura eſt frigida & ſicca.

Facit homines cum longis digitis, ancipitis naturæ, & ſemper noua excogitantes, qui non quieſcunt, callidos, aſtutos, & non adeo manifeſte ſua agentes.

Significat fratres natu minores, ſeruos, viros ingenioſos, Philoſophiæ Profeſſores, Mathematicos, Arithmeticos, ſcribas, cancellarios, mercatores, ſculptores, omnis generis artifices ingenioſos, ſagaces, doloſos, callidos, inſtabiles: contractus, negociationes, omnes artes, quæ in ingenii contemplatione verſantur, ſtudia honeſta, inuentionem nouarum rerum, diuinationem, curioſitatem ingenii, induſtriam, itinera, donat diuitias ex induſtria artium & mercatura.

Præſidet cerebro, ſpiritibus, memoriæ, imagina-

Digitized by Google

tioni, linguæ, manibus & digitis, felli, ossibus, cruribus, cerebri neruis.

Et habet morbos; maniam, priuationem sensus communis, lethargiam, deliria omnis generis, balbutiem, & linguæ impedimenta, raucedinem, morbum caducum, tussim, abundantiam sputi, oppilationem fellis, vomitum, catharros ex abundantia humorum in capite, & omnes morbos melancholicos.

Lapides habet Alectorium, Cornelium, Calcedonium.

Argentum viuum.

Numerum quinarium.

Petrosselinum, coryli, auellanæ ei subiiciuntur.

Inter animalia, vulpes, apes, simiæ, serpentes.

Tenet Clima sextum, Ægyptum, Græciam, Angliam, Silesiam, Parisium, Erphordiam, Viennam Austriæ.

Dies eius est feria quarta hebdomadæ, ac nomen ab illo accepit apud Latinos Mercurii. Hora item prima & octaua eius diei ab ortu Solis, noctis vero sequentis tertia & decima ab occasu Solis numeratæ.

Lvna.

Luna *dicta, quod aliena luce luceat, aut à lumine vno.*

Est coloris blandi, inæqualiter densa, luce splendens aliena, decor noctis, mater rorus, humoris ministra.

Fœminina, nocturna & inter fortunas annumerata;

Habet colores, pallidum, croceum, album & argenteum.

Naturam frigidam & humidam: videtur humiditatem augere cum modica calefactione.

Est benefica per ✶, & △ in domo aut exaltatione: malefica contra per ☌, □, aut ☍.

Facit

Digitized by Google

Facit inconstantes, laboriosos, nautas, insipidos, gaudentes itineribus & vitæ varietate.

Significat reginas, viduas, matres, vxores, plebem, & qui sunt in assiduo motu, vt cursores, legatos, nuncios, piscatores, vagabundos, pusillanimes: omnia quæ humore abundant, mare, flumina & horum affluxus, & refluxus, studium historiarum, legationes, nauigationes, peregrinationes, qualitates animi ac corporis.

Regit cerebrum, oculum sinistrum viri, & dextrum mulieris, stomachum, ventrem, latus sinistrum, intestina, veficam, gustum, membra generationis, hepar in muliere.

Et harum partium imbecillitates significat, epilepsiam, paralysin, colicam, catharros, menstrua, lienteriam, hydropem, phlegmatica, apostemata, & ægritudines prouenientes ex oppilatione venarum.

Habet lapides, crystallos, margaritas, berillos: Argentum.

Ex numeris habet binarium & septenarium.

Cucurbitas, cucumeres, pepones, melones, lactucas, endiuiam.

Ex animalibus lepores, cuniculos, psittacos, philomelas, cygnos, ranas, cancros;

Et quæ mersa fretis, concharum & carcere clausa,
Ad Lunæ motum variant animalia corpus.

Obtinet clima septimum, Flandriam, Hollandiam, Zelandiam, Daniam, Noribergam.

Dies eius est feria secunda septimanæ, ab eaque nomen inditum est: habet horam eius diei ab ortu Solis primam & octauam; noctis sequentis tertiam & decimam ab occasu Solis.

CAPVT DRACONIS.

Caput draconis, veluti Mercurius, cum bonis

Digitized by Google

bonum est, cum malis malum. In coniunctione namque bonorum, bonitatem; malorum vero malitiam eorum auget. Per se autem similem habet naturam cum Ioue ac Venere, estq; masculinum.

CAVDA DRACONIS.

Cavda capiti penitus aduersatur. Cum bonis enim mala est, cum malis bona: vt boni bonitatem, & mali malitiam minuat.

Assimilatur naturæ Saturni & Martis:

Estq; fœminina.

ACCIDENTIA PLANETARVM ratione Solis.

In corde Solis dicitur Planeta, cum Soli proximus fuerit infra XVI minuta, vltrà & citrà.

Combustus, cum à Sole plus minutis XVI distat, minus tamen mediate sui orbis.

Sub radiis esse dicitur, cum infra XVII gradus ante vel post Solem fuerit.

Auctus lumine, dum à Sole, vel Sol ab eo elongatur.

Minutus lumine, cum ad Solem, vel Sol ad eum accedit.

Orientalis, cum matutino tempore ante Solis ortu m supra terram apparet.

Occidentalis, cum vesperi post Solis occasum super terram conspicitur.

Orientales quoq; dicuntur Planetæ, cum sunt ab Horoscopo vsq; ad medium cœli, & ab occasu vsq; ad imum cœli: quib. in locis dicũtur esse masculini.

Occidentales vero & fœminini cum sunt in reliquis duabus quartis.

Luna dicitur aucta numeris, cum æquatio argumenti additur super medium motum, quod cognoscitur ex Ephemeridibus.

De

Digitized by Google

De Lunæ qualitatibus accidentalibus.

Lunæ qualitates accidentales cognoscuntur ex motu

- Diurno: Nam dū mouetur à domo
  - Prima ad decimam est calida & humida.
  - Decima ad septimam calida & sicca.
  - Septima ad quartam frigida & sicca.
  - Quarta ad primam frigida & humida.
- Menstruo: nam à
  - ☌ ad primam quadram est calida & humida.
  - Prima quadra ad ☍, calida & sicca.
  - ☍ ad secundam quadram, frigida & sicca.
  - Secunda quadra ad ☌, frigida & humida.

LVNA.

Sortior ex Phœbo lucem mutabilis vsque,
Sunt in cuncta tamen proxima iura mihi.

Luna enim defert omnes influxus & significata stellarum tam errantium, quàm inerrantium ad hæc inferiora.

De horis Planetarum.

SVMVNTVR à planetis, vt dierum, sic & horarum distinctiones: quæ horæ, hoc ipso nomine dicuntur planetariæ. *Est autem hora planetaria, quæ & inæqualis ac temporalis dicitur,* XII. *pars diei artificialis, vel noctis artificialis.* Vnusquisque enim dies, & vna quæque cuiuscunque quantitatis sit nox, in XII. di-

Digitized by Google

uiditur partes æquales: quæ quidem partes horæ inæquales temporales siue planetariæ appellantur, *& planetis hoc ordine tribuuntur*: Prima hora cuiuscunque diei tribuitur planetæ diem denominanti; secunda planetæ succedenti huic, secundum planetarum seriem; & sic de singulis. Prima autem quæque hora planetaria est masculina; secunda fœminina & sic consequenter. *Harum usus est, vt ad successum actionum felicem eligamus horas istas, quibus boni planetæ præsunt: fugiamus eas, quibus mali dominantur*; vt: si quis ♂ habet in ♈, in bono loco figuræ, is die ♂ & hora prima & octaua planetaria de die res suas felicites poterit incipere: sic de nocte hora tertia & decima. Et sic de cæteris.

Albohali de domino horæ.

Dixit Hermes dominum horæ in omnibus natiuitatibus habere omnes significationes communes cum domino ascendentis. Quapropter diligenter inquire dominum natalitiæ horæ. Si enim ipsum directum saluumq; ab impedimentis ac malorum infaustis occursibus, in cardinib. aut in succedentibus eorum offenderis, felicium stellarum radiis corporibusve adiunctum, præsertim si ipsius etiam natura benefica fuerit, decernit nato diuturnam, & multis fortunæ ac naturæ beneficiis dotibusq; cumulatam & affluentem vitam ac cætera bona, quæ solet largiri dominus ascendentis fortunatus.

* *
*

SECVN-

Digitized by Google

SECVNDVM TERTII CAPITIS membrum, de significatis Planetarum in duodecim domibus.

PRIMA DOMVS.

De Saturno in prima domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS in prima domo decernit difficultatem in omnibus operibus & inceptis, mortem ex ruina terræ, vel propter æs alienum.

SCHONERVS.

SATVRNVS in ascendente, vel in prima domo, non in domicilio suo, vel exaltatione, significat quòd natus erit modicæ vitæ, aut subibit mortem causa debiti & terrorum, eritque homo deformis, infortunatus, inuenustus, erit tamen primus inter fratres.

CARDANVS.

In prima domo facit laboriosos, segnes, tristes, contumaces; fratrum primum efficit, vel aliorum morte; non pulchrum; alioqui malum, ob vitia propria.

De Ioue in prima domo.

ALBOHALI.

IVPITER honorem, reuerentiam, modestiam, prudentiam & bonum finem significat.

SCHONERVS.

IVPITER longitudinem & prolixitatem & prosperum vitæ successum, dat enim nato proprias suas significationes; facit hominem conscientiosum, iustum, pium & misericordem: significat etiam reuerentiam & honestatem, facit hominem pulchrum & ho-

Digitized by Google

& honestum, secretum, honoratum, erit primogenitus inter fratres.

CARDANVS.

IVPPITER in prima præbet magnam potestatem.

RINGELBERGIVS.

IVPPITER diurno partu facit, nobiles, magnos, præfectos, diuites; nocturno, maiores fratribus suis.

De Marte in prima domo.

PTOLOMÆVS LXXIIII. *Aphoris.*

MARS in ascendente facit cicatricem in facie, nisi sit in propria domo.

ALBOHALI.

MARS iram, bellum, contentiones.

SCHONERVS.

MARS si non est in domicilio suo, aut exaltatione, erit natus brevis vitæ, & qui vexatur plurimum: erit naturaliter iracundus, furiosus, bellicosus, malus, perversus & rarò bonum operans: significat etiam ablationem substantiæ, & introitum ad res, quę ad ipsum pertinent: dat vulnera capitis, vel in vultu: si fuerit in domicilio proprio, aut in sua exaltatione, facit animosum, potentem & fortunatum in armis: facit hominem litigiosum, qui semper quærit rixas, facit res horribiles & absurdas: erit destructor rei familiaris, & se immiscet rebus quæ non apertæ erunt illi, de quibus non habet verecundiam: erit parum laudatus.

CARDANVS.

MARS in prima domo facit violentos, robustos, fortes, & qui signum ex ictu in facie contrahunt, prodigos, etiam furiosos, instabiles, mendaces & prauorum morum. Verum noctu, in Horoscopo vel ♈, si ♑ aut ♀ aut ♐, in quorum dignitatibus fuerit,

Digitized by Google

rit, faueant, præstat magnam potestatem, per Iouem collatam à Principibus; per Venerem populi fauore; per Mercurium, industria, dolo, eloquentia.

MARS.

Si nascens ortu primo vicina diei,
Pulpita lustrarit, faciem cum vulnere fodat.
Cardinibus cunctis nocuus.

De Sole in prima domo.

ALBOHALI.

SOL in prima domo, dominium, exaltationem, potentiam, magnitudinem operum, possessionem, celerem, & solidam eruditionem.

SCHONERVS.

Sol augmentum auri, & substantiam ex rege vel potentiam significat: Item principatum & sublimitatem & exaltationem, atq; amicitiam cum dominis, & facit natum maioris ætatis aut digniorem fratribus.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

Regnum & magnitudinem rerum.

CARDANVS.

SOL in prima validam decernit vitam, oculos rubescere facit, iustos, & dignitatem suam retinentes significat.

RINGELBERGIVS.

SOL insignes honores, sed infelices fratres portendit.

Digitized by Google

De Venere in prima domo.

Albohali.

Venvs gaudium, voluptatem edendi & bibendi, ornamenta vestium, amorem erga mulieres, placidos mores, corporis pulchritudinem.

Alibi.

Facit amicos regum ac principum, eloquentes, & quibus magna negotia credantur.

Schonervs.

Venvs significat natum fortunatum & longæ vitæ, pulchri corporis, amabitur à mulieribus, & etiam ab aliis hominibus, erit luxuriosus, diligens ornamenta vestium, petet loca amœna, intererit sæpe conuiuiis ac gaudiis, habebit amorem in rebus cum desiderio coeundi: item sanitatem corporis & gaudia multa: delectabitur nuptiis & choreis, cantilenis & musicis instrumentis, diligens commessationes & potationes, & res odoriferas ac morum honestatem, vultum habebit pulchrum, cum lætis oculis, erit fortunatus in omnibus operibus suis.

Gavricvs.

Venvs in ascendente facit hominem pulchri vultus, dat oculos lætos, & delectabitur in rebus odoriferis & ornatis vestibus, & erit fortunatus in omnibus operibus suis, & deditus omnibus voluptatibus corporis.

Cardanvs.

Venvs in prima, facit pulchros, lepore sermonis gratos, sed vitiis non paucis implicat, aut etiam pædicones aut adulteros facit, sed cum vitiis ingenij diuinitatem quandam largitur.

Digitized by Google

Rin-

RINGELBERGIVS.

VENVS in Oriente diurno partu, caupones, improbos, adulteros facit; nocturno facundos, amicos, Imperatorum & illustrium virorum negotia curantes, & sic dicit etiam Cardanus.

De Mercurio in prima domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS sapientiam & scientiam scripturæ & numerorum præstat.

SCHONERVS.

MERCVRIVS facit natum valde ingeniosum, & cuiuslibet artis exploratorem, de facili artes concupiscit & addiscit, & de eis bonum finem & laudabilem consequitur: erit sapiens, discretus, floreus intellectu & scientia, ac membrorum gracilium & bene proportionatorum, profundæ cogitationis, longæ memoriæ, mecaturam diligens, & res sculptas, varioque modo figuratas: nec non in Musica delectabitur, & in monetis, in Geometria & Arithmetica.

MERCVRIVS ibidem in domicilio suo, aut in Saturni domicilio facit hominem ingeniosum & magnæ scientiæ: sed si cum Marte fuerit in Ariete vel Scorpione facit hominem latronem, nequam & malum, loquacem, nugacem & fastidiosum in loquendo, semper vult loqui, & non vult vt alii loquantur: & semper erit odiosus, & habebit aliquod vulnus in capite vel in vultu.

CARDANVS.

MERCVRIVS in prima, facit in omnia habile ingenium, & qui commodè cum hominibus versari sciat.

Alibi,

Digitized by Google

Alibi.

Quantò propior Orienti fuerit, tantò maiora bona præstat.

RINGELBERGIVS.

MERCVRIVS facit mathematicos, oratores, iureconsultos, sacerdotes.

De Luna in prima domo.

ALBOHALI.

LVNA dominia, peregrinationes, migrationes in alia atque alia loca, inconstantiam, beneuolentiam erga matrem, & magnas nobilesq; fœminas.

SCHONERVS.

LVNA si in exortu fuerit, natus erit instabilis, vagabundus, phlegmaticus, diligens res aquaticas, fiet homo sani corporis, homo negociorum variorum: significat etiam principatum & mutationem de loco ad locum, & gaudium à matribus & mulieribus magnis, facit hominem flauum, candidum, & habebit aliquas maculas in vultu, dat magnam vtilitatem & dignitatem à magnis viris, & beneficia ab illis, faciet sæpè itinera honorata.

CARDANVS.

LVNA in prima domo si fuerit inuenta, mobiles ingenio & instabiles facit, semper tamen fortunatos, in fixis proditores, in mobilibus leues ac ridiculos.

RINGELBERGIVS.

LVNA exoriens & plena fortunatos reddit, & maiores fratribus & dignitate & honore: in radiis ♄ & ♂ mox à partu genitos interimit.

Digitized by Google

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in prima domo decernit dominationem & fortunã iuxta commixtionẽ suam cum Planetis.

CAVDA tribulationem, detrimentum, impedimẽta in omnibus inceptis, læsionem alterius oculi.

SCHONERVS.

CAPVT DRACONIS in prima domo significat exaltationem & bonam fortunam nato; erit honoratus à magnis viris; præsertim à prælatis.

CAVDA dat perniciem & tribulationem; facit deformes, veniet in periculum perdendi oculos, aut magnum malum in illis patietur.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

Cum pars fortunæ est in prima domo, significat maximam fortunam in acquirendis opibus, & prosperos successus in omnibus negotiis ac contractibus, ludis aliisq; rebus omnibus, quibus facultates augeri possint, aut soleant.

SECVNDA DOMVS.

De Saturnõ in secunda domõ.

ALBOHALI.

SATVRNVS in secunda domo significat defectum rei familiaris & victus, impedimentum lucrorum, perturbationem amicorum.

SCHONERVS.

SATVRNVS in secunda domo, non in domicilio; vel exaltatione sua, significat, quod natus erit modicæ & paucæ substantiæ, cui omnes male velint,

Digitized by Google

& erit sine amicis: significat etiam ablationem substantiæ & turbationem amicorum : si fuerit in domicilio vel exaltatione sua, facit hominem divitem, sed auarum & miserum.

CARDANVS.

In secunda indigere facit etiam propriis alimentis, diffidentem rebus quibusdam, auarum & generaliter infortunatum.

Alibi.

Magna detrimenta affert, multosque labores, & ab inuidia proteretur.

RINGELBERGIVS.

SATVRNVS, etiamsi in propria domo fuerit, magnas illi, qui sic nascitur, turbas creabit, patrimonium omne dissipabit, in omnibus artibus tardus erit.

De Ioue in secunda domo.

ALBOHALI.

IVPITER abundantiam diuitiarum, & bonum intellectum.

SCHONERVS.

IVPITER significat multam substantiam, bonam dispositionem & ingenium, & nunquam pauper erit.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

IVPITER in secunda collectionem multarum substantiarum cum ingenio & bona dispositione, cum adeptione vniuersorũ, quæ sunt causa fortunæ.

EX REINFELDENSI CODICE.

IVPITER multum opibus fauet, & in secunda adeo, vt sacerdotia aut hæreditates impertiatur.

GAVRICVS.

In secunda facit bonum ingenium, & dat magnas diuitias.

CAR-

Digitized by Google

CARDANVS.

IVPITER in secunda diuitias & omne felicitatis genus.

RINGELBERGIVS.

IVPITER in secunda domo abunde hæreditates promittit, vel adeptiones.

De Marte in secunda domo.

ALBOHALI.

Mars egestatem, paupertatem, calamitatem, perturbationem, à seruis vulnera.

SCHONERVS.

MARS significat paucitatem substantiæ, & ablationem eius per furtum, vel per impetum alicuius serui violenti, & perturbationem ministrorum, facit hominem destructorem rei familiaris, & indigentem, qui semper obiurgat seruos, & suos subditos.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In secunda æstus animi, inopiam & impedimenta extra patriam.

CARDANVS.

In secunda dissipat patrimonium, ad egestatem reducit, periculis obiicit.

RINGELBERGIVS.

MARS in secunda facit homines infelices, errantesque procul à patria & parentibus.

Sic Mauors teneat cœli cui regna secunda,
Exilium dicunt portendere, perdere sensum.

De Sole in secunda domo.

ALBOHALI.

SOL in secunda diuitias per totam vitam, splendidum statum, & lætos oculos.

Digitized by Google

SCHONERVS.

SOL dat pulchritudinem & lætitiam in collo, & faciet expendere in rebus magnificis, honoratis & liberalibus, dat etiam pulchritudinem oculorum.

CARDANVS.

In secunda diuitias dissipat magnificis apparatibus.

ALIBI.

Erunt suaues & boni, sed parum vitæ.

RINGELBERGIVS.

SOL languidos facit, breuis vitæ, semper sollicitos, & suo labore aurum colligentes.

De Venere in secunda domo.

ALBOHALI.

VENVS facultates & opes à mulieribus.

SCHONERVS.

VENVS significat multitudinem substantiæ, præsertim ad ornatum pertinentis significat; etiam substantiam & profectum à mulieribus: etiam magnas diuitias & vtilitates à mulieribus & ab vxore, & non erit valde pauper, & si fuerit sacerdos, habebit beneficia ecclesiastica.

CARDANVS.

In secunda voluptates præstat.

ALIBI.

Facit homines satis elegantes, veruntamen concubinarum amatores; ingeniosos tamen & iucundos artifices.

RINGELBERGIVS.

Artium inuentores, felices & deditos libidini. Per diem tardas nuptias, & repentinos vxorum interitus monstrat.

De

Digitized by Google

De Mercurio in secunda domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS augmentum diuitiarum, & honorem apud reges.

SCHONERVS.

MERCVRIVS significat diuitias & mercationes, & profectum substantiæ, honorem apud reges, augmenta diuitiarum per ingenium. Natus erit fortunatus in scripturis & mercaturis, bonus scriptor ac pictor, valebitque in omni arte mechanica, erit doctus & ingeniosus.

CARDANVS.

In secunda omnibus malis modis suæ incrementum substantiæ quærentes.

Alibi.

Contemptores studiorum & omnium bonarum artium.

RINGELBERGIVS.

In secunda matutinus, ignobiles, sceleratos, alienos à litteris: vespertinus & in partu nocturno, negotiatores, feneratores, ac curantes aliena.

De Luna in secunda domo.

ALBOHALI.

LVNA amissionem & damna rei familiaris, & crebras mutationes status.

SCHONERVS.

LVNA in secunda significat, quod natus consequetur diuitias ex piscinis, seu piscibus, & animalibus aquæ & per molendina.

LVNA infortunata in secunda significat perditionem & mœrorem, & dat dolores & frustationes.

Digitized by Google

nes. Fortunata ibidem dat multas diuitias & vtilitates ex legationibus magnorum principum & dominorum.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In secunda, ablationem substantiæ, & mœrorem ac tristitiam.

CARDANVS.

LVNA in secunda, patrimonium fluctibus versat innumerabilibus, non aliter quam pro facierum illius multitudine.

RINGELBERGIVS.

LVNA in secunda per diem, aut parentes cito necat, aut natum ab iis separat. Per noctem claros & feliciter omnia peragentes, sed luxui & deliciis deditos, notat.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT DRACONIS, in secunda domo augmentum substantiæ & magnam fortunam.

CAVDA paupertatem & casum à sublimi.

SCHONERVS.

CAPVT in secunda significat augmentum diuitiarum, bonam fortunam, ita quòd nunquam pauper erit, habebit hæreditatem, vel bona ecclesiastica, & erit diues & auarus.

CAVDA dat paupertatem, destructionem rei familiaris, cadet de loco alto improuise, eritq; homo prodigus & fortunatus in ludo; Cauda ibidem cum Luna facit dissipatorem suæ substantiæ.

De parte fortuna.

ALBOHALI.

In secunda eadem significat, quæ in prima, non tamen ita perfectè: videlicet mediocrem fortunam in ac-

Digitized by Google

in acquirendis opibus: & prosperos successus in omnibus negotiis ac contractibus, ludis aliisque rebus omnibus, quibus facultates parantur.

TERTIA DOMVS.

De Saturno in tertia domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS odia inter fratres & sorores.

CARDANVS.

SATVRNVS in tertia domo malum in breuibus itineribus, & odium inter fratres & destructionem eorum, vel quod opprimet fratres, vel quod non habebit nisi vnum, & si habuerit aliquem, semper erit in discordia cum ipso, erit infortunatus in viis, erit parum deuotus, vel hypocrita, & omnia eius somnia erunt vana.

CARDANVS.

In tertia sycophantas, hæreticos & malos affines: aut cum illis litigare cogitur.

Alibi.

In tertia noxius est fratribus.

RINGELBERGIVS.

In tertia tardos & inopes facit.

De Ioue in tertia domo.

ALBOHALI.

IVPITER felicitatem fratrum & sororum, ac propinquorum cum gaudio.

SCHONERVS.

IVPITER significat prosperitatem in breuibus itineribus, reddit natum fortunatum ex fratribus & propinquis suis, erit deuotus & credulus, somnia eius erunt vera.

CARDANVS.

In tertia mitigat labores & vitam tranquillam

Digitized by Google

affert; & breuibus itineribus vitam recreat, bonosque fratres & propinquos præbet.

RINGELBERGIVS.

Mediocres opes præbet.

De Marte in tertia domo.

ALBOHALI.

MARS odia & contentiones fratrum & sororum.

SCHONERVS.

MARS in breuibus itineribus malum minatur, & timendũ erit ipsi ab homicidis aut latronibus in illis, aut de vulnerationibus: significat etiam inimicitiam fratrum, & interfectionem eorum inter se. Et si est in domicilio ♀, erit gaudium & sororibus & fratribus: vel ♂ in tertia, facit mori omnes fratres nati, & semper stabit in lite cũ fratribus, erit blasphemator, nõ timens Deum, & erit infortunatus in itineribus: Et si fuerit in domicilio ☽, erit multum diues, & faciet multa negotia pro bonis acquirendis. In domicilio ♄ facit semper acquirere thesauros. In domicilio ☿ erit subtilis in rebus, quæ pertinent ad diuinationes, habebit multa falsa testimonia ex inuidia, & pericula, sed in domicilio suo vel ☉, facit latronem & deceptorem, & similiter in domicilio ☾.

CARDANVS.

MARS in tertia multa itinera & labores: tũm etiam impium.

RINGELBERGIVS.

MARS in tertia magnos sed laboriosos, & alienas res desiderantes, & latentis cuiusdam facinoris sibi conscios.

De Sole in tertia domo.

ALBOHALI.

SOL officium à Rege, peregrinationes.

SCHO-

Digitized by Google

SCHONERVS.

SOL significat itinera in causis honoris & reuerentiæ: vel significat officium Regis & mutationem per regiones: erit honoratus in itineribus extra patriam, & habebit fratres honoratos.

GAVRICVS.

SOL in tertiâ dat, vt ipsi exhibeatur officium à magnis viris, & ambulabit per multas regiones, & erit honoratus in itineribus extra patriam & habebit fratres honoratos.

CARDANVS.

In tertiâ itinera præbet, varios in legibus cultuque Dei facit.

De Venere in tertia domo.

ALBOHALI.

VENVS inconstantiam & infortunia ex malis operibus, sed multos amicos & gaudium ex eis, venustatem fratrum ac sororum.

SCHONERVS.

VENVS significat amorem inter fratres, & quod diligetur à fratribus suis, & quod sit fortunatus in breuibus itineribus; significat etiam incontinentiam & malum à malis operibus; & multitudinem amicorum contra Deum: alii volunt, quod abstinebit à malis operibus, & habebit fratres fortunatos, & multos amicos ac socios, erit honoratus in itineribus extra suam patriam.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In tertia, incontinentiam & mœrorem ex parte malorum operum, & iniuriarum, & multitudinem amicorum contra Dominum.

Digitized by Google

GAVRICVS.

In tertia facit, quod abstinebit à malis operibus, & dat fratres fortunatos, & habebit multos amicos & socios, erit honoratus in viis extra patriam.

CARDANVS.

In tertia fidos, dissimulantes tamen, & qui secessibus gaudent, & sorores donat.

Alibi.

Si cum ☽ ☾, aut ☿ posita, præstat ex sacris & opinione bonæ vitæ emolumentum.

RINGELBERGIVS.

In tertia præcipue in radiis Iouis promittit nuptias.

De Mercurio in tertia domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS inclinationes & promptitudinem ad res omnes discendas, robur amicorum, fratrum & sororum.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in tertia significat, quod natus erit consiliarius fratrum suorum, & profectum sentiet in mercimoniis, & in itineribus propinquis: significat fortitudinem fratrum, sororum & amicorum; dat fratres & sorores, & multos amicos; erit fortunatus in itineribus: & si fuerit in domicilio proprio vel ♃, vel ♄, facit doctissimos in omni scientia: & inueniet res suo ingenio, quas nunquam didicit ab aliis, habebit bonam fortunam in profectionibus, & bene volunt illi sui consanguinei & fratres, erit fortunatus in rebus Ecclesiasticis, scriptura & mercatura; & si fuerit Mercurius in gemmis aut libra, facit magnos musicos & perfectos cantores, præsertim in coniunctione & bono aspectu Veneris.

Digitized by Google CAR-

CARDANVS.

In tertia bonam facit educationem infantis, itinera multa.

RINGELBERGIVS.

Sacerdotes sapientes & fortunatos.

De Luna in tertia.

ALBOHALI.

LVNA in tertia officia & gaudia à diuitibus, Regibus, itineribus, nobilibus & peregrinis promittit.

SCHONERVS.

LVNA existente in tertia, natus multiplicabit itinera: & raro fixus in vno loco permanebit: significat etiam gaudium ex diuitibus, sublimitatem à Regibus, peregrinationem, amicos & negocia cum nobilibus, dat itinera honorabilia, vtilitatem & lætiticiam, & exaltationem à Rege aut magno Domino, dat multos amicos nobiles, qui vtentur opera ipsius in legatione erit inclinatus ad itinera breuia, erit pacificus cum fratribus & consanguineis.

CARDANVS.

LVNA in tertia, religiosos facit, & affinibus prosperitatem & secura itinera pollicetur.

RINGELBERGIVS.

Matrem ignobilem vel infamem denotat.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in tertia promittit nobiles & fortunatos fratres, & vera somnia.

Cauda vero dispersionem fratrum & sororum.

SCHONERVS.

CAPVT facit nobiles & fortunatos fratres, & natum

Digitized by Google

natum esse deterioris conditionis, quam fratres suos, dat exaltationem in rebus ecclesiasticis, facit prælatos, timentes Deum, & dat bonam fortunam in profectionibus paruis.

CAVDA significat destructionem fratrum & sororum, & significat natum esse meliorem suis fratribus, habebitque litem cum consanguineis, vicinis, & infortunium in breuibus itineribus.

De Parte fortunæ.

ALBOHALI.

In tertia dat fortunam in actionibus cum fratribus, sororibus & propinquis, a religiosis hominibus: bonum erit natum monasterium & ordinem ingredi, ac peregrinationes breues suscipere.

QVARTA DOMVS.

De Saturno in quarta domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS dissipationem & iacturam hereditatis, parentum interitum.

SCHONERVS.

SATVRNVS in quarta, non in domicilio, vel exaltatione sua significat, quod in rebus immobilibus non prosperabitur, destructiones ædificii, & terrarum, seminum & thesaurorum, & periculum ab ipsis patietur. Talis natus destruet id, quod habebit, si non habuerit patrimonium, erit semper pauper, mater eius erit de vili conditione & non diu viuet. Si fuerit in domicilio & exaltatione sua dat diuitias in rebus stabilibus, mater eius erit honorata, & homines confident in eo.

Digitized by Google

CAR-

CARDANVS.

In quarta fundorum custodem, & infidam fortunam.

RINGELBERGIVS.

Diurnis horis pecuniarum auidos, custodes auri & argenti.

Nocturnis contra, prodigos ac imbecilles.

LEOVITIVS.

In quarta in proprio signo dat diuitias ex agricultura, & aurifodinis.

De Ioue in quarta domo.

ALBOHALI.

IVPITER, vtilitatem ex terra, hæreditatibus, thesauris, & securitatem à terroribus.

SCHONERVS.

IVPITER facit natum fortunatum in possessionibus immobilibus, & significat gaudium ex relictis mortuorum terris, hæreditatibus, securitatem ab horribilibus, inueniet thesaurum aut bonum non cogitatum: & sine labore dat diuitias ex rebus stabilibus; in medio vitæ, depressionem fortunarum versus finem, patet eius erit honoratus & viuet longo tempore, sepelietur in loco honorato, erit laudabilis omni tempore, etiam post mortem.

Gauricus idem statuit.

CARDANVS.

In quarta auget patrimonium, bonam fortunam à principibus præstat.

RINGELBERGIVS.

In quarta facit per diem Iureconsultos, legum latores, nuncios, præfectos reipublicę, sacerdotes: per noctem

Digitized by Google

noctem modicas opes donat, sed ætatis accessu reddit feliciores.

De Marte in quarta domo.

ALBOHALI.

MARS effusionem sanguinis, homicidia, tristem exitum.

SCHONERVS.

MARS significat destructionem domorum, & combustionē ex igne, sic quod timendum est, quod ædificia eius consumentur igni, vel alia via infortunii corruent, significat etiam interfectionem, sanguinis effusionem, & in fine tribulationem hōgam: pater eius cito morietur, vel subito erunt lites inter natum & patrem, diruet res stabiles, & erit auctor homicidiorum. Eadem stella in imo cœli dat vulnera, malum finem, & pessimam famam post mortem.

CARDANVS.

In quarta patrimonium dissipat, pedum vitia facit, redditus minuit, facit & caducos & insanos ac miseros.

RINGELBERGIVS.

In quarta per diem indicat languorem & vulnera, & perpetuas molestias ab vxoribus: per noctem facit nuncios, milites, prodigos, ferarum custodes, atque semper in desertis regionibus commorantes.

De Sole in quarta domo.

ALBOHALI.

SOL thesauros, reuelationem arcanarum & reconditarum rerum ac artium, laudem, dignitatem.

SCHONERVS.

SOL significat acquisitionem castrorum & locorum

Digitized by Google

corum habitabillum: quibusdam regnandi potestatem, thesaurum & apertionem futurorum, laudem, sublimitatem; significat etiam diuitias in bonis immobilibus, & magnos honores in senio, vel in fine suæ vitæ: erit laudabilis & poterit ex instinctu naturali iudicare de futuris rebus, sepelietur in loco honorato, & erit etiam laudatus post mortem.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In quarta thesauros, & apparitionem rei futuræ, & laudem ac sublimitatem inter homines.

CARDANVS.

In quarta patri auxiliatur, & gloriam post obitum præstat.

ALIBI.

Bonam senectutem præstat, & in hac ætate lucra maxima.

RINGELBERGIVS.

In quarta, idque maxime ir ♂, vel ♄ radiis, patris repentinam mortem notat.

De Venere in quarta domo.

ALBOHALI.

VENVS laudabilem filium, sed qui initio sit habiturus mœstitiam matris causa.

SCHONERVS.

VENVS significat hæreditates rerum immobilium, & quod parentes erunt in honore hominum, inueniet cogitata, & habebit domos & possessiones pulchras ac magnificas: pater eius erit honoratus & longæ vitæ, sed ipse habebit tristitiam pro matre in principio, & in fine lætitiam, finis nati erit laudabilis, erit honoratus in sua morte, sepelietur in loco honorato, habebit etiam bonam famam post mortem.

RIN-

Digitized by Google

RINGELBERGIVS.

In quarta venustos & magnorum virorum amicos facit, & gratos principibus.

Alibi.

Diuitias præbet & morigeras vxores.

De Mercurio in quarta domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS bonam memoriam & subtilitatem in artificiis.

SCHONERVS.

MERCVRIVS acquirit res immobiles ingenio & cura propria, varia cum prouidentia: significat etiam mœrorem, contentiones, fastidium & verba cum suis: si ipse est infortunatus, erit deditus agriculturæ & ædificiis, & studiosus cumulandi pecuniam.

EX REINFELDENSI CODICE.

In quarta mœrorem & contentionem.

RINGELBERGIVS.

Multiformi doctrina præditos & res curantes alienas.

De Luna in quarta domo.

ALBOHALI.

LVNA tristitiam, sed cum bono fine.

SCHONERVS.

LVNA facit natum prosperum habere statum cum matre sua, & quod piscinas & molendina lucrabitur: si natiuitas fuerit diurna, erit in principio suæ vitæ infelix, & in fine laudabilis, & erit multum deditus agriculturæ, & ædificiis & augendis opibus.

CAR.

Digitized by Google

CARDANVS.

In quarta fundos paternos vexat varietate sua, aquarum indicat possessiones, matrem & patrem diuersis rationibus turbat.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in quarta largitur vtilitatem, & augmentum fundorum & hæreditatum.

CAVDA Draconis diminutionem patrimonii, & multos labores sine fructu.

SCHONERVS.

CAPVT dat res stabiles & magnas diuitias, inuenit thesaurum aut bonum non cogitatum, facit patrem nobilem & longæ vitæ; sed in aqueo signo significat impedimentum in rebus prædictis.

CAVDA ruinam patrimonii & rerum stabilium; significat etiam, quod quicquid natus acquisierit, destruetur, facit quærere res, de quibus nunquam vtilitatem habebit, patet erit vilis & paucæ vitæ.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In quarta si fuerit, prosperum est nato cum parentibus agere, fundos & domos emere, in fodinis laborare, thesauros & absconditas res quærere, arcana explorare, testamenta & legata condere.

QVINTA DOMVS.

De Saturno in quinta domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS mortem ac dispersionem liberorum.

Digitized by Google

SCHONERVS.

Saturnus, in quinta domo, significat turbationem & diminutionem gaudii, sic quod natus erit tristis, raro lætabitur. Idem sic positus significat destructionem liberorum, contentionem cum legatis, mortem filiorum, aut quod nunquam habebit filios, semper delectabitur, vt malè vestitus incedat, etiamsi Saturnus esset in domicilio suo.

EX CODICE REINFELDENSI.

In quinta destructionem filiorum & contentionem cum legatis.

CARDANVS.

In quinta debilitat filios, quosdam etiam necat.

RINGELBERGIVS.

Per diem Reges & Duces; per noctem in iuuenta pigros atque inconstantes.

De Ioue in quinta domo.

ALBOHALI.

Iupiter multos probos liberos, vtilitatem & laudes ex illis, & diuitias ex rebus speratis.

SCHONERVS.

Iupiter multiplicat gaudium, significatque gaudium in rebus licitis, honestis & iustis; significat multos filios bonos, vtiles, pulchros, honoratos & longæ vitæ, habebit dona oblata ex hominibus potentibus, fungetur officio legati. Quod si fuerit natus Ecclesiastes, habebit multa beneficia, habebit diuitias ex hæreditatibus, delectabitur in rebus pulchris, odoriferis, & gemmis.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In quinta multitudinem filiorum & bonitatem eorum, & multitudinem profectus per eos.

Digitized by Google CAR-

CARDANVS.

In quinta felicem dat vitam, & filios & amicos, minora tamen hæc sunt, quam in vndecima.

RINGELBERGIVS.

Fortunatos efficit & Reipubl. præsides.

De Marte in quinta domo.

ALBOHALI.

MARS multos illegitimos filios, parumque gaudii ex illis.

SCHONERVS.

MARS si fuerit extra domicilium vel exaltationem suam, minatur paucitatem filiorum & filiarum, ac mortem, remotionem gaudii & delectationis: significat etiam multos filios fornicarios: vel etiam non habebit filios, & si habuerit, morientur. Si vero fuerit in domicilio vel exaltatione sua dabit filios potentes.

GAVRICVS.

MARS in quinta in domicilio proprio, vel sua exaltatione dat filios potentes; sed si non fuerit in sua exaltatione, denegat filios, aut occidet, aut non habebit filios, si etiam habebit, morientur.

CARDANVS.

MARS benè in quinto loco degit, nam filios, licet malos, decernit, & voluptates.

RINGELBERGIVS.

MARS in quinta, in domo sua vel ♌, in finibus suis, siue in altitudine sua gloriam maximam, patrimonia magna, ac omne felicitatis genus tribuit.

Digitized by Google

De Sole in quinta domo.

ALBOHALI.

SOL dignitatem liberorum, & in imperando laudem & gloriam.

SCHONERVS.

SOL significat filios honoratos & gaudium cum principibus & hominibus in potestate positis, significat etiam reuerentiam à vulgo; non habebit filios; & si forsan habebit, erunt honorati: habebit dona à magnis viris, delectabitur vt gerat gemmas, & res odoriferas, & vtentur eius opera magni domini in legationibus.

EX CODICE REINFELDENSI.

In quinta reuerentiam à vulgo facit, amabiles, honoratos, qui omnia facilè consequuntur. Si maleuolæ stellæ, cum ☉ fuerint, nihil mali possunt decernere, propter loci bonitatem, filiis solum nocebunt.

CARDANVS.

In quinta filios negat, datos tamen seruat.

RINGELBERGIVS.

Reddit venustos, splendidos, ac omnia facilè consequentes: quod si in eodem loco fuerit ♀ maximos à populo honores promittit.

De Venere in quinta domo.

ALBOHALI.

VENVS angustiam & tristitiam ab vno filio primum, deinde gaudium ex liberis.

SCHONERVS.

VENVS significat multitudinem filiorum, gaudium & lætitiam, ornamenta vestimentorum, delectationes & conuiuia, & impræg nationem, sic quod mulie-

Digitized by Google

mulieres ex ipso nato facile concipient; vel tribulationem ex filio, postea gaudium. Dat etiam lætitiam de filiis, sed in principio aliquod fastidium. Et si fuerit in scorpione, cancro vel piscibus, dat multos filios, specialiter fœminas: sed in signo masculino satis bellos masculos, & honoratos, diuites & longæ vitæ; ipse erit semper addictus voluptatibus, conuiuiis, saltationibus, cantionibus, & musicis harmoniis: delectabitur vt benè & sumptuosè vestitus incedat, & gerat in manibus gemmas & res odoriferas.

Ex Reinfeldensi Codice.

In quinta tribulationem ex filio, & postea gaudium.

Cardanvs.

In quinta filiis auxiliatur, bonos, multos, sospites promittit, dat etiam gaudia.

Ringelbergivs.

Pios, comes, fortunatos facit.

De Mercurio in quinta domo.

Albohali.

Mercvrivs multa negocia ex epistolis, fortunam ex vno filio.

Schonervs.

Mercvrio, in quinta existente, erit dimicator, iaculator, faciens aliquid per sublimitatem animi, habebit filios & filias ad quamuis artem appositos; significat epistolas & rumores, & gaudium de mœrore præcedenti, & fortunam per filium, facit equites, legatos vel homines, qui ambulant per mundum, erit deditus cõuiuiis, voluptatibus, musicæ: & inprimis si fuerit cum ☿, & in omnibus fastidiis suis sibi dabit quietem cum exigua cura, habebit faciles & agiles manus; erit bonus pictor, & scriba, faciens

Digitized by Google

res ingenioſas & pulchras, habebit dona à magnis Dominis.

CARDANVS.

In quinta negotiatores facit.

RINGELBERGIVS.

Matutinus, fœcundos in procreanda ſobole; veſpertinus, prodigos, qui pecuniam ſeruare nequeant.

De Luna in quinta domo.

ALBOHALI.

LVNA decernit multos liberos.

SCHONERVS.

LVNA in quinta ſignificat inſtabilitatem in conuiuiis, & quòd ipſe eadem multiplicabit, & filios & filias habebit, ac ſemper bona noua de longinquis regionibus: erit multum deditus itineribus, fiet legatus Reip. habebit bona multa, dona à populo, & ab vniuerſitate & nobilibus, erit deditus conuiuiis.

CARDANVS.

In quinta multam prolem, vnde is, qui natus eſt poſtmodum honorem adipiſcetur.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in quinta pollicetur augmentum liberorum, ſecuritatem ab omnibus calamitatibus.

CAVDA Draconis damnum & interitum filiorum & horribiles eorum caſus.

SCHONERVS.

CAPVT dat multos filios fortunatos & longæuos, ac diuitias maximas aut beneficia, erit miſſus in legatione, cuſtodietur ab omni periculo malo, delectabitur induere veſtimenta ſplendida ac magnifica.

CAVDA

Digitized by Google

CAVDA in eadem existente, natus filiorum videbit interitum, vel non habebit, & si habebit, malam habebunt fortunam.

De parte fortuna.

ALBOHALI.

In quinta domo si exstiterit bonum est agere nato cum liberis, vestes scindere & induere, literas scribere, tabellarios mittere, conuiuia & societates celebrare, voluptates & amores quærere, negotiationem exercere in bonis liberorum, aut iis, quæ ad filios aut nepotes pertinent.

SEXTA DOMVS.

De Saturno in sexta domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS morbos & inobedientiam familiæ.

SCHONERVS.

SATVRNVS in sexta significat multitudinem infirmitatum, & inobedientiam seruorum, erit inualidus & infortunatus in animalibus, & patietur dolorem ventris & dentium.

CARDANVS.

In sexta graues & diuturnos morbos, & quasi insuperabiles, nec non pericula aç carceris vim minatur.

RINGELBERGIVS.

Prodigos, languidosque.

De Ioue in sexta domo.

ALBOHALI.

IVPITER parum morborum, vtilitatem à pecoribus & fortunam à familia.

Digitized by Google

SCHONERVS.

IVPITER minuit ægritudines, significat paucitatem infirmitatum, sublimitatem per seruos, & profectum à quadrupedibus, erit honoratus à seruitoribus.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In sexta paucitatem infirmitatis & sanitatem corporis & sublimitatem, ex parte seruorum, & profectum à quadrupedibus.

GAVRICVS.

In sexta dat paucas infirmitates, erit honoratus à seruitoribus, & habebit vtilitatem ab animalibus quadrupedibus paruis, vt sunt porci, pecora, capræ, & similia animalia.

CARDANVS.

In sexta morbos denegat, aut leues præstat; nisi fuerit dominus ascendentis inuentus, & equos & seruos auget, & meliora reddit.

RINGELBERGIVS.

In sexta pessimè collocatur, eoque sic posito nati sæpe exponuntur, præsertim si horoscopi dominus sit, hæc enim domus nulli stellæ felix est sedes.

De Marte in sexta domo.

ALBOHALI.

MARS multos calidos & siccos morbos, malam familiam.

SCHONERVS.

MARS extra domicilium vel exaltationem suam significat natum paucorum verborum, & ægritudines multas, præsertim calidas & acutas, mœrorem à seruis, & infortunabit eos, ac dat paucos, & odiosos, ac infortunatos, vel dat interitum & damnum per seruos, & illi erunt infortunati & odiosi; facit hominem

Digitized by Google

minem lanium, aut carnificem, aut lictorem, dat multas infirmitates, acutam febrem, quæ procedit à multo sanguine. Si autem fuerit ibi in proprio domicilio vel exaltatione, facit bonos medicos & dat seruitores armigeros.

Ex Segebergensi Codice.

In sexta multitudinem infirmitatum & febres calidas & siccas, mœrorem quoque ac tristitiam ex parte seruorum.

Cardanvs.

In sexta, morbos repentinos, & siderationem, infidos seruos, aliquando gibbositatem & claudicationem.

Ringelbergivs.

In sexta multa incommoda minatur.

De Sole in sexta domo.

Albohali.

Sol morbos, perturbationem à seruis & ignobilibus.

Schonervs.

Sol significat ægritudinem cordis & membrorum principalium, tribulationem per seruos & ignobiles, dat multas infirmitates, dat fastidium per seruos, ipse tamen benefaciet suis seruis.

Gavricvs.

In sexta dat multas infirmitates.

Cardanvs.

Honoribus infensus; multa mala decernit, semper nocebit, & longas & graues ægritudines adducet.

Digitized by Google

RINGELBERGIVS.

Multa incommoda minatur, longas ægritudines, Marte tenente primam domum, vulnera, celerem patris mortem, & euersionem patrimonii, si in medio cœli nulla stella fuerit.

De Venere in sexta domo.

ALBOHALI.

VENVS vxorem cupidam, morbos à mulieribus, spoliationem per seruos & ancillas.

SCHONERVS.

VENVS significat paucitatem ægritudinum, coitus impotentiam ex defectu debilitatis renum, tribulationem per seruos & ancillas, & matres, tamen impetrabit quod vult ab illis; habebit rem cum famulabus domus; erit idem natus homo sanus: in mulieris genitura significat, eam laboraturam in partu, cum magno vitæ periculo: & si fuerit in domicilio proprio aut exaltatione, erit natus fortis ac robustus, & quasi nunquam infirmus habebit fideles seruitores & ipse benefaciet illis, habebit vtilitatem de quadrupedibus, animalibus minoribus.

GAVRICVS.

In sexta, ignobiles dat vxores, nec vnquam viris morigeras, morbos circa pudenda, facit tamen felices in arte sua.

RINGELBERGIVS.

Dat viduas, sed non obsequentes viris.

De Mercurio in sexta domo.

ALBOHALI.

Deceptionem & spoliationem per mulieres propter libidinem & intemperantiam.

SCHO-

Digitized by Google

SCHONERVS.

MERCVRIVS significat cogitationes impeditas, malam memoriam, & alienatos sensus, immutationem intellectus, obtrectationem, deceptionem per mulieres & luxuriam. Si ibi infortunatus fuerit, facit hominem male loquentem, deceptorem, deditum luxuriæ; & ipse etiam erit deceptus à mulieribus, seruis & ancillis: & si fuerit cum Marte vel Saturno, vel cum ambobus, periculum erit, ne occidatur à seruis aut famulabus, aut veneno tollatur, aut moriatur in carcere, vel erit malæ loquelæ. Si in sexta fuerit Mercurius, erit quasi insipiens; vel conuertetur à fide sua in aliam. Et si ibi fuerit impeditus, morietur in carcere.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

Facit bonos Arithmeticos & computatores.

EX REINFELDENSI CODICE.

Deceptionem per viles personas, facit bonos Arithmeticos.

CARDANVS.

At in sexta turbat rationem, laboriosos facit, qui tamen libenter conquiescant, bonæ spei.

RINGELBERGIVS.

E diuinis rebus ac eloquentia commoda largitur, & fortunam, prudentiamq; maximam, facit medicos, præbet negotia & peregrinationes.

De Luna in sexta domo.

ALBOHALI.

LVNA lucrum ex animalibus.

SCHONERVS.

LVNA significat multitudinem ægritudinũ, & defectum cerebri, rixam à parentibus, lucrum ex quadrupe-

Digitized by Google

drupedibus, dat rixas & contentiones cum consanguineis, & inimicitias cum muliere, & negocia cum gente vili plus, quam cum nobili: si Luna fuerit fortunata, erit sanus, si infortunata, erit quasi semper infirmus.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In sexta rixam & contentionem ex parte patrum, & lucrum ex quadrupedibus, & sanitatem corporis.

CARDANVS.

In sexta miseros, laboriosos, calamitosos, seruiles.

RINGELBERGIVS.

In sexta crescens in bonis radiis, fortunatam corporis sanitatem donat, & opes è quadrupedibus.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in sexta domo, robur aduersus morbos, multos seruos, animalia multa, & fructum ex illis.

CAVDA Draconis morbos, malitiam seruorum & ancillarum, & imbecillitatem animalium, & nullum fructum ex iis.

SEHONERVS.

CAPVT liberat natum de infirmitatibus, dat multos seruos fortunatos.

CAVDA dat multas infirmitates, seruos pigros & infirmos, erit infortunatus in animalibus minoribus, & in seruis, qui erunt malæ voluntatis in dominum, vel natus habebit incommodum ratione seruorum.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In sexta bonum est seruos & ancillas conducere, nam

Digitized by Google

nam fortunati fiunt; item oues, sues, capras emere, & cum illis negociari, in pascua mittere, nam fortunatæ fiunt: sed non est irascendum seruis, ancillis aut operariis; multò minus sunt verberandi; nam isti vincunt.

SEPTIMA DOMVS.

De Saturno in septima domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS tristitiam in coniugio, vxoris separationem, malum finem.

SCHONERVS.

SATVRNVS in septima extra domicilium vel exaltationem suam, significat malam ac prauam vxorem, & natus abhorrebit ab ea: significat etiam destructionem vxoris, & effectum malum in fine: nam malam minatur mortem & videbit ruinam inimicorum suorum. *Si fuerit in signo Aqueo*, patietur hæmorrhoides, aut fistulam in pudendis. *Si fuerit in domicilio vel exaltatione sua*, dat potentes inimicos & mulierem diuitem.

EX REINFELDENSI CODICE.

In septima, destructionem vxoris, & effectum malum in fine.

CARDANVS.

In septima arthritim, hæmorrhoidesq; facit, malum animum, malos hostes, subiectos violentis casibus, & improbos facit.

RINGELBERGIVS.

In septima matutinus summas opes largitur, maximè circa vitæ finem.

De

Digitized by Google

De Ioue in septima domo.

Albohali.

Ivpiter gaudium ab vxoribus, & victoriam hostium.

Schonervs.

Ivpiter significat vxorem probam, honestam, viuentem in timore Dei, ac legitimum matrimonium: significat etiam gaudium à mulieribus, & victoriam super omnes inimicos, vxorem pulchram, diuitem, senectus eius erit honorata.

Ex Codice Segebergensi.

Adeptionem omnis inimici, & plura coniugia, plerunque bina aut trina bona & felicia.

Gavricvs.

In septima dat lætitiam per mulierem, & dat pulchram mulierem, diuitem, honoratam & castam, ac habebit victoriam contra inimicos suos, aut quod non poterunt ei nocere: & sua senectus erit honorata.

Cardanvs.

In septima felix senium & diuitias: si in geminis fuerit, corporis immodicam molem præstat.

Ringelbergivs.

Diurno partu diuites facit, longam beatamque senectutem: nocturno opes tribuit nato, vt ad bene beatèque viuendum nihil ei desit.

De Marte in septimo domo.

Albohali.

Mars angustiam, calamitatem, laborem, bellū, damnum,

Digitized by Google

damnum, tristitiam & perturbationem in omnibus rebus & inclinationem ad libidines.

SCHONERVS.

MARS in septima significat, quod natus erit homicida, mulieres eius morientur: si fuerit in domicilio suo, dat potentes inimicos & vxorem bestialem: si natiuitas fuerit mulieris, decernit maritum bestialem, hominem litigiosum, qui se inquinabit omni coitu, dat damnum in omni re, & malum finem, ac forte abscindentur ei manus ac pedes.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In septima negociationem & contentionem cum iniustitia, & damnum propter hoc, & conturbationem in omni re, & contentionem & mœrorem causa horum.

GAVRICVS.

In septima, in domicilio suo, dat potentes inimicos & vxorem bestialem: & si natiuitas fuerit mulieris, facit maritum bestialē, hominem litigiosum.

CARDANVS.

In septima malos mores & animum, hostes & vxores violentas, laboriosos, homicidas, conscios multorum scelerum, & qui in carcere tormentis necantur, & facit natos breuis vitæ.

RINGELBERGIVS.

Occidente Marte geniti, violenta morte pereunt, nisi in domo sua aut eius aspectu: Planeta enim nunquam domum suam euertit.

De Sole in septima domo.

ALBOHALI.

SOL aduersitatem à nobilibus, diuitibus & potentibus.

SCHO-

Digitized by Google

SCHONERVS.

SOLE in septima constituto natus acquiret vxorem magistrorum ac potentum: significat etiam contrarietatem à potentibus & diuitibus, erit in senio multum honoratus, faciet coniugium malum, in pueritia sua cum meretrice, dolebit ex oculis: habebit membra tremula, damnum erit in substantia parentum: si fuerit in dignitatibus suis, & fortis, remittetur malum.

GAVRICVS.

In septima dat inimicitias de magnis viris, & dat vxorem nobilem: & erit natus istè in senio multum honoratus.

CARDANVS.

SOL & LVNA ☌ in septima vel prima, vel decima, in domo Iouis vel Veneris magnos, potentes, nobiles facit.

RINGELBERGIVS.

Maxima vitia & ægritudines, præsertim in radiis Martis vel Saturni.

De Venere in septima domo.

ALBOHALI.

VENVS in septima, gaudium à mulieribus & successum in rebus optatis.

SCHONERVS.

VENVS significat multitudinem nuptiarũ, ac societatem cum mulieribus pulchris, & paucitatem contentionis seu rixarum, dat se nectutem felicem, & lætitiam cum vxore, quæ erit bella & nobilis, abundans in re familiari, habebit bonum exitum

in

Digitized by Google

in rebus desideratis, ducet vxorem postquam canus effectus est, erit tamen potens in coitu.

GAVRICVS eadem scribit.

CARDANVS.

Felicem reddit senectutem, & à mulieribus bona pollicetur.

RINGELBERGIVS.

Felicem senectutem, tarde vxorem & liberos.

De Mercurio in septima domo.

ALBOHALI.

Mercurius appetitum & magnas tentationes mulierum causa: & contentiones cum eis.

SCHONERVS.

Mercurio in septima constituto, natus delectabitur in computationibus & numeris, & contemptores nati erunt astuti multum: significat etiam contentionem à mulieribus & luxuriam: natus erit bonus & pius, sed habebit vxorem necromanticam: & si cum Marte fuerit vel Saturno, occidetur, & occidet vxorem suam, habebit potentes inimicos, patietur tractum chordæ, erit iudicio damnatus, morieturque propter iudicium, vel propter iusticiam.

CARDANVS.

In septima affligitur, nam ibi omnes Planetæ sunt inualidi.

RINGELBERGIVS.

Libidini & grauibus vitijs deditos, atq; si in domo Martis vel Saturni fuerit, lenones.

De Luna in septima domo.

ALBOHALI.

Luna bona à mulieribus.

Digitized by Google

SCHONERVS.

Luna in occidente significat multitudinem contentionis, natus cupiet exire de loco suo natiuo, habebitq; bonum à mulierib. si fortunata fuerit, dathonestam mulierem: inimici non poterunt nocere ei: senium eius erit honoratum, habebit vxorem bellam & diuitem. Si vero fuerit infortunata, erit contrarium.

CARDANVS.

In septima tarde dat vxorem, & infinitis tum vexat periculis, tum incommodis.

RINGELBERGIVS.

In septima augescens in Iouis aut Veneris aspectu, felicem reddit senectutem, & lucrum à mulieribus: contra in aspectu ☍ aut ♄ maxime diurno, & decrescente lumine, ægre dat vxorem, eamque viduam, & infœcundam.

Ex SEGEBERGENSI CODIC.

Luna in septima significat multa coniugia & dissidia.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

Caput in septima, dat amicitiam mulierum.

Cauda coniugij dissolutionem, potentiam inimicorum.

SCHONERVS.

Caput dat gratiam nato, & forte cum muliere bella: sua senectus erit laudata & honorata, in fine gloriosa, habebit malum in oculis.

Cauda dat mortem vxoris, & inimicos publicos: signifi-

Digitized by Google

significat vxorem valetudinariam, atq; etiam viro præmoriturum. Si sit mulieris natiuitas, vir vxori præmorietur. Significat etiam detrimentum & eneruationem inimicorum.

De parte Fortunæ.

ALBOHALI.

In septima bonum est agere cum mulieribus, & amorem ab eis petere, bona mulierum lucri causa exponere, & cum ijs negociari, inprimis bonũ mutare statum, aut ex vno seruitio in aliud se tradere, aut ex vno loco in alium, in quo aliquandiu commorari velit, commigrare. Nam in illo seruitio vel loco, bene cum illo agetur, & fortunam habebit, bella tamen̄ omnibus modis fugienda sunt.

OCTAVA DOMVS.

De Saturno in octaua domo.

ALBOHALI.

Saturnus hæreditates ex mõrte propinquorum & longos luctus.

SCHONERVS.

Saturnus in octaua domo, non in domicilio, vel exaltatione sua, significat malam mortem, mœrorem & tristitiam causa mortis, & longam lamentationem, non habebit hæreditatem: si fuerit in proprio domicilio, aut exaltatione sua, habebit hæreditates, & morietur bona morte, ex longa infirmitate, vel morietur ex peste vel de fluxu, & de infirmitate frigida, sicca & longa.

Idem.

Saturnus in octaua, in die, si non fuerit dominus

Digitized by Google

VIII. significat substantiam multam in senio mortuorum ratione.

Ex Codic. Segebergensi.

In octaua, petitionem reliquiarum mortuorum & rei veteris & antiquæ. Et mœrorem ac tristitiam causa mortuorum, & lamentationem longam.

Cardanvs.

In octaua facit auaros, fœneratores, mali animi, designat malam mortem, spem affert hæreditatum si ♃ aut ♀ complicetur.

Ringelbergivs.

Per diem auget patrimonium, per noctem euertit.

De Ioue in octaua domo.

Alcohali.

Iuppiter amissionem facultatum, sed bonum & laudabilem finem.

Schonervs.

Iuppiter destruit malam mortem, significat laudabilem finem, cadet in manus inimicorum, & de hoc habebit finem laudabilem, dat longam vitam, hoc est annos 72. erit honoratus & laudatus, habebit aliquam hæreditatem, non morietur morte violenta.

Idem.

Iuppiter in octaua, habebit natus longam infirmitatem ac pœnas, mortem grauem ac tardam.

Cardanvs.

In octaua mortem quietam, & hæreditates, & eadem, quæ in secunda pollicetur, lites tamen adijcit præsertim in nocturnis geniturie.

Digitized by Google Ring-

RINGELBERGIVS.

Prodigos reddit, inimicos parit, seditiones mouet.

De Marte in octaua domo.

ALBOHALI.

Mars plerunque malam mortem, aut vulnera in manibus, aut pedib. turpitudinem, contemptum, amissionem facultatum, & magnam egestatem.

SCHONERVS.

Mars extra domicilium & exaltationem suam, significat mortem veloce, aut epidemialem, vel interfectionem, aut abscissionem manuum vel pedum, dat paupertatem, & tandem vituperio affectos occidendos significat. Et si cum hoc fuerit caput, suspendetur. Si fuerit in domicilio suo, dat magnas diuitias, sed cum rixa & lite extra domum suam.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In octaua interfectionem & abscissionem manuum ac pedum, ac vituperationem turpissimam, sed acquiret ex substantijs mortuorum substantiã maximam, & patietur vim propter eas, & cadet in paupertatem maximam.

CARDANVS.

In octaua angustias, animi æstum, turbas, finemque acerbum.

RINGELBERGIVS.

Patrimonia denegat.

De Sole in octaua domo.

ALBOHALI.

Sol spoliationem bonorum per potentes, fortem & malum interitum ex negocijs regum.

Digitized by Google

SCHONERVS.

Sol significat nato mortem, cum positus fuerit in dignitate, & quod honorabitur in morte, per reuerentem sepulturam: perditionem, mortem & ablationem principum, significat mortem patris, dat hereditates, sed dat magnum damnum in rebus familiaribus, quæ ab illo auferentur per magnos viros, morietur bona morte, excepto si ♄ aut ♂ aspexerint Solem de maligno aspectu. Tum enim si fuerint in signo aqueo, facit mortem in aquis, si in igneo, morietur per ignem, aut per ferrum. Et si in terreo, morietur ex aliqua ruina, quæ super ipsum cadet ex alto. Si fuerit in Scorpione, facit illum mori in peste, vel de rebus venenosis, aut per morsum serpentis aut canis rabidi. Et si Sol fuerit in signo aereo infortunatus à ♄ aut ♂, suspendetur, aut tractum chordæ patietur, aut conijcietur in carcerem.

EX CODIC. SEGEBERGENSI.

In octaua, perditionem & mortem, & ablationem principum ac nobilium.

CARDANVS.

In octaua, nati breuem vitam plerunque decernit, ipsi nato morbos, & detrimenta corporis infligit.

RINGELBERGIVS.

Patris repentinam mortem, & in ♂ & ♄ radijs □ vel ☍ deliros significat.

De Venere in octaua domo.

ALBOHALI.

Venus aduersitatem erga matrem, diuturnam vitam, & bonam mortem.

Digitized by Google SCHO-

SCHONERVS.

Venus significat leuitatem mortis propter leuitatem ægritudinis, & remouet malam mortem & horribilem, sed eadem mortem quoque matris, & nutricum & maiorum nati significat, dat diuitias & hæreditates, & talis natus viuit longo tempore, & non morietur mala morte.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In octaua mortem matris, nutricum & maiorum suorum.

GAVRICVS.

In octaua dat diuitias & hæreditates, & viuet lõgo tempore, & non morietur mala morte, nihilominus videbit mortem matris & nutricis.

CARDANVS.

In octaua dat vxorem viduam, degenerem, sterilem vel deformem, aut nullam: semper tamen in septima, octaua vel nona Venus felicem præstat senectutem, præter vxorum incommoda.

RINGELBERGIVS.

In nocte è morte mulierum opes largitur. Diurnis horis ægre dat vxorem, eamque vel viduam, vel infœcundam vel deformem.

De Mercurio in octaua domo.

ALBOHALI.

Mercurius inimicitias vicinorum & luctum propter demortuos, sed incrementum substantiæ & magnam peritiam artificiorum.

SCHONERVS.

Mercurius significat nato mortem ex difficul-

Digitized by Google

tate cogitationis, & mirabili occultatione rerum agendarum, sed inimicitias maximas à vicinis, & mendacia causa mortuorum notat, ac facit infortunatos propter maximas inimicitias cum vicinis, & dat infortunium in hæreditatibus. Et si Mercurius fuerit in domo sua, aut in sua exaltatione, aut in bono aspectu ♃ aut ♀, habebit hæreditatem & diuitias. Sed si coniunctus fuerit cum ♂ aut ♄ morietur mala morte.

CARDANVS.

In octaua facit stultos, malitiosos, tardos, ob antecedentem vii. angulum,

Ex SEGEBERGENSI CODICE.

In octaua inimicitiam maximam ex vicinis, & contentionem causa mendacij, quod dicitur de eo causa mortuorum, vel propter substantias à mortuis relictas, aut per rem antiquam transactam.

De Luna in octaua domo.

ALBOHALI.

Luna natum ab officio suo & honore per reges aut principes deponẽdum, & fugitiuum fore, multos morbos, angustiam & tristitiam passurum.

SCHONERVS.

Luna significat mortem facilem, & interitum & depositionem Regis, falsum testimonium, rixas, fugam & anxietatem, qualem lunatici patiuntur, dat hæreditates, diuitias, & longam vitam, sed si est infortunata, viuet parum, & erit lunaticus, & persequentur illum magni viri, erit falsificator testimoniorum contra ipsum, & multas rixas & carceres habebit.

Ex

Digitized by Google

EX CODICE REINFELDENSI.

In octaua interitum & depositionem Regis, falsum testimonium, rixam & fugam, anxietatem vt lunatici patiuntur.

CARDANVS.

In octaua facit repente moti, quod illi commune cum septima est, mergit autem aquis libenter in octaua existens.

RINGELBERGIVS.

Aliunde à morte cuiuspiam hæreditatem promittit.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in octaua validam vitam, timoris parum.

CAVDA Draconis turpem mortem, amissionem bonorum.

SCHONERVS.

CAPVT facit robustos, animosos, dat paucos dolores, diuitias & hæreditates, & multos honores, erit liberalis, prodigus magis, quam auarus.

CAVDA dat horrendam mortem, facit perdere hæreditates, nihilominus facit diuitem & auarum.

De parte Fortunæ.

ALBOHALI.

In octauo loco pars fortunæ malæ ponitur, nam significat amissionem: atq; hæc est communis sententia: oppositione partis fortunæ significare maximum infortuniũ. Cum igitur pars fortunæ est in

Digitized by Google

octauo loco, tunc eius oppositio est in secunda domo, quæ est domus facultatum, quare eo tempore nihil emas nec vendas, non ludas, non mutuum des, nō fias sponsor. Nam omnia damnum & amissionem afferunt: sed cum rebus vxoris negotiari bonum est.

NONA DOMVS.

De Saturno in nona domo.

ALBOHALI.

Saturnus grauia & terribilia somnia, errorem in fide, morbos, impedimenta, & damna in longinquis itineribus.

ALBOHALI.

Saturnus in nona significat malam fidem, & exitum ad malum, facit hominem parum deuotum, & erit monachus aut sacerdos, non credet admodum de fide sua, erit hypocrita, infortunatus in itineribus, somnia eius erunt horribilia & vana. Et si fuerit in domo sua, erunt ei somnia horribilia, & pro maiori parte vera: verum talis erit etiam Hypocrita, sed honoratus in itineribus.

EX CODIC. SEGEBERGENSI.

In nona destructionem fidei, & exitum ad malum, atque lunaticos, & eos, qui effodiunt sepulcra causa spoliandi mortuos, & mœrorem & anxietatem in peregrinatione, & prolixitatem moræ.

CARDANVS.

In nona magnos Philosophos, deniq; maximos deceptores, facit etiam sacerdotes & hæreticos.

Alibi.

Auctor est fucatæ sapientiæ.

RING-

Digitized by Google

RINGELBERGIVS.

Diurno tempore vates efficit, augures, mathematicos, philosophos, sacerdotes somniorumque interpretes: nocturno tempore iras & imperatorum odia gignit.

De Ioue in nona domo.

ALBOHALI.

Iuppiter gaudium & fortunam in longinquis itineribus, bonam fidem, vera somnia & eorum interpretationem.

SCHONERVS.

Iuppiter significat bonam & perfectam fidem, timentem Deum, & Dei cultum procurantem, & in hoc laborantem: dat lætitiam & vtilitatem in itineribus, erit honestæ vitæ, deuotus & firmus in sua fide.

EX CODICE SEGERBERGENSI.

In nona gaudium ex peregrinatione, honestatem fidei, & expositionem somniorum.

CARDANVS.

In nona Christianis sacerdotia pollicetur, vera somnia, & sacrorum scientiam, honoresq; multos decernit ac magnos.

RINGELBERGIVS.

Augures facit, & Deorum interpretes.

De Marte in nona domo.

ALBOHALI.

Mars amorem equorum, bellorum & vini, infidelitatem, & multa vana somnia, inutilia & noxia itinera.

SCHONERVS.

Mars, si non fuerit in domo sua, significat hæresin,

Digitized by Google

resin,& fidei peruersitatem,dehonestat legem,dat falsa somnia, dat infortunium in longis viagijs,facit incredulum in sua fide,& impedit cultum diuinum,delectabitur armis & equis: ac significat potationem vini,incontinẽtiam,infidelitatem,multa somnia falsa:erit prauus,audax, incontinens, infidelis:si fuerit in domo sua vel exaltatione, dat bonam fortunam in itinetibus,& erit terribilis & delectabitur in necromantia.

GAVRICVS.

Erit homo prauus,audax,incontinens,infidelis, & somnia eius erunt falsa & terribilia.

CARDANVS.

In nona sacrilegos, mendaces, impios,peregrinantes, honorem non tam decernit quam admittit,

RINGELBERGIVS.

Præfectos Reipub.ducesq; exercitus,sed aliqua in itinere pericula portendit: in domo ☿ vel ☿ claros facit oratores,

De Sole in nona domo.

ALBOHALI.

Sol bonam legem,bonam fidem,timorem Dei, & vtiles peregrinationes.

SCHONERVS.

Sol significat multitudinem peregrinationum in causis honorisac dignitatis,& magnitudinem ac fortitudinem fidei,& timorem Dei. Facit magnum prælatum & religiosum. Et si fuerit in ariete,leone, vel sagittario,facit Cardinales aut Papam,aut magnum Principem, erit honoratus in longis itineribus,

Digitized by Google

bus, & in suo exercitio. Somnia eius erunt pro maiori parte vera.

EX REINFELDENSI CODICE.

In nona cultum, fidem & amorem Dei altissimi.

CARDANVS.

In nona facit sacerdotes, religiosos, prædicandi vim præstat.

Alibi.

Sic positus facit patrem felicem, sed ipsi vitæ varias mutationes decernit.

RINGELBERGIVS.

Deorum cultores, siue templorum conditores, diuinasq; laudes cum iactantia & ostentatione celebrantes è quibus honorem non vulgarem consequentur.

De Venere in nona domo.

ALBOHALI.

Venus voluptatem & fortunam ad peregrinationes, religionem, timorem Dei, vera somnia & interpretationem eorum.

SCHONERVS.

Venus significat bonitatem fidei, prosperitatem in itineribus longinquis, & multitudinem pollutionum in somnijs, & quod videbit se iacere cum mulieribus actum cum eis perficiendo per apparētiam, quę in somnijs ei aduenit, facit magnum prælatum ecclesiasticum, visitabit totum mundum, erit honoratus & laudatus in suo magisterio, & somnia eius erunt vera, sed dat animum abhorrentem à coniugio.

CARDANVS.

In nona facit diuos, sacerdotes magnos, præstat somnia

Digitized by Google

omnia verissima, si cum ♄ aut ♂ congreditur, igne vel laqueo pœnas dabunt.

Illud decet animaduertere, nonam cum tertia, sextam cum duodecima, quintam cum vndecima semper sic conuenire, vt quæcunque in vno loco Planeta decernit, licet minus in opposito etiam positus, polliceatur.

Ergo tertia, secunda, prima in pueritia: duodecima, vndecima, decima in iuuentute: nona, octaua & septima in senio. Sed in his est ordo: nam tertia infantiam, secunda pueritiam, prima decernit adolescentiam.

RINGELBERGIVS.

Mars nonam lustrans in templo facit desidentes sordide, nunquam tondentes comam, somniorum interpretes & volentes, veluti à dijs dictum hominibus nunciare: quæ omnia firmiora erunt, si ipsam ♄ aliquo radio contueatur.

De Mercurio in nona domo.

ALBOHALI.

Mercurius disciplinam, modestiam, scientiam & experientiam multarum rerum occultarum.

SCHONERVS.

Mars significat bonitatem fidei & cõtemplationem diuinæ Trinitatis, admirabitur de iustitia Dei, & de admiranda sapientia operum ipsius, erit mercator in terris longinquis, sæpius cogitabit de Deo, de angelis & spiritibus.

Idem significat disciplinam, sapientiam, Astronomiam, laudem à notis, dat multa itinera, & facit honoratos in illis, dat magnum lucrum, & vtilitatem & maxime cũ ♃ aut ☉: erit laudatus ab omnibus,

Digitized by Google

bus, erit doctus in Astrologia, & omni mathematica: & in rebus Ecclesiæ habebit bonam fortunam.

Idem.

Mercurius in nona somnia vera & eorundem interpretes significat.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In nona disciplinam & sapientiam, scientiam quoq; astrorum, & honestam laudem à notis.

CARDANVS.

In nona dialecticos, rationales, Mathematicos, diuinos, varia versantes.

RINGELBERGIVS.

Contentiosos, & plura iactantes, quam reipsa præstare possint.

De Luna in nona domo.

ALBOHALI.

Luna desiderium ac longinquas peregrinationes, multas malas cogitationes suggerit.

SCHONERVS.

Luna multiplicat somnia & longa itinera, malas cogitationes, mutationem per regiones, & depositionem regni: delectabitur in rebus varijs & diuersis, malis cogitationibus, peregrinabitur per mundum, aliquando priuabitur sua dignitate: & si nona fuerit domus Mercurij, erit magnus Astrologus. Si fuerit domus Veneris, delectabitur in Musica: si fuerit domus Martis, delectabitur in armis & agricultura. Si fuerit domus Saturni, erit Alchymista: si domus ♃, erit magnus in religione: si fuerit domus ☉, habebit scientiam & prouidentiam de animalibus quadrupedib. Si fuerit in cancro domus hæc nona, habebit scientiam de omni re aquatica.

Ex

Digitized by Google

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In nona participationes itineris, itinera & mutationem à regione in regionem, & scientiam dispositionis regni ac scientiam rerum: si fuerit ipsa domus nona ex Mercurij domibus, significat sapientiam astrorum. Si ex domibus Veneris, significat scientiam subtilitatum & cantilenarum ac lætitiæ. Si ex domibus Martis, significat magisterium instrumentorum bellicorum & opus armorum: si ex domibus Iouis, significat diuinum cultum & scientiam in lege, & principatum iudicum. Si ex domibus Saturni significat scientiam Alchymiæ, & vniuersa eius magisteria. Si fuerit domus Solis, significat scientiam in omnibus quadrupedibus: & si fuerit in cardine, significat scientiam & prouidentiam vniuersarum substantiarum, quæ exeunt de aqua.

CARDANVS.

In nona facit diuinos, sed quasi insanos, longa præstat itinera, mutatq; legem quandoque.

RINGELBERGIVS.

Cultores Deorum efficit.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in nona designat, fidem nati fore secundum statum Planetarum, qui sunt cum ipso.

CAVDA Draconis ingentes mutationes & malam fidem.

CARDANVS.

In nona Caput facit deuotos & prælatos in suis operibus fortunatos, in profectionib. acquiret famam, honorem & lucrum, sed erunt infortunati in fratribus & sororibus, somnia eorum erunt vera,

Digitized by Google Cauda

Cauda dat volubilem in fide; & deuotum, infortunatum in itineribus longis & in suo exercitio.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In nona si fuerit, auspicatum est longa itinera suscipere, in exteris terris negotiari, cum episcopis & aliis religiosis magistratibus agere, aut se religioso ordini addicere, beneficia & eleemosynas petere: somnia quæ eo tempore habentur fiunt fortunata; & sentiet in se singulares animi motus erga Deum, & multas subtiles cogitationes.

DECIMA DOMVS.

De Saturno in decima domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS in nocturna genitura ingentia & manifesta damna à regibus & potentibus, aut diuturnam captiuitatem: in diurna verò diuitias & magnorum artificiorum exercitia, & in senectute feliciorem statum, quam in iuuentute.

SCHONERVS.

SATVRNVS in decima domo, non in domicilio vel exaltatione sua facit infortunium, & malam prosperitatem in officiis & dignitatibus nati, mater eius morietur subitò, erit de vili conditione, parum honoris habebit & dignitatis, tenbitur diu in carceribus causa magnorum virorum. Si decima fuerit Leo, & fuerit ☉ vel ☽ in ea, morietur in carcere, morte condemnatus. Si ♃ fuerit dominus decimæ occidetur sine culpa sua: si ♂ fuerit dominus decimæ, morietur ex culpa sua. Si ☿ fuerit dominus decimæ, morietur per falsum testimonium cum magna infamia. Et si ♀ aspexerit, aut fuerit cum ♂, cædetur

Digitized by Google

detur virgis, & torquebitur, & erit condemnatus ad mortem. Si ♄ fuerit ibi in exaltatione vel domicilio suo, dat dignitates & honores, & mater eius erit honorata.

Idem.

SATVRNVS in diurna genitura in medio cœli potentior cæteris in figura, significat, post tricesimum annum natum illum à regibus honoratum iri, & inde vtilitatem assecuturum: in nocte verò contrarium operatur.

Idem.

Honores & bona retardat vltra 31. annos.

Ex Codice Segebergensi.

In decima mœrorem ac tristitiam & duritiem atque pigritiam, & periculum ex parte Regis, & carcerem longum: quòd si fuerit domina eiusdem decimæ Luna, significabit id, quod significat Sol, nisi sit Luna iuncta Saturno: & si fuerit dominus decimæ Iupiter, interficiet eum Rex absque culpa, & faciet illi iniuriam: & si fuerit dominus decimæ Mars, peribit culpa sua: si fuerit domina decimæ ♀, consequetur ex hac tribulatione sublimitatē, profectum & gaudium. Si fuerit dominus decimæ Mercurius, interficietur cum iniuria, dicetur enim super eum mendacium. Et si aspexerit ☿ Martem, percutietur flagellis. Et si fuerit ☿, cum ☉, faciet Rex vim ei, & auferet ei substantiam, & faciet ei iniuriam in computatione: atque scrutabitur eum. Et scito, quòd hæc proprietas sit Saturni in decima, inter cæteros Planetas.

RIN-

Digitized by Google

RINGELBERGIVS.

Imperatores & Reges, suisque omnibus superiores.

Ego dico, quod ♄ in x. semper aliquem obiiciat periculis.

De Ioue in decima domo.

ALBOHALI.

IVPITER diuitias, laudem & dignitatem.

SCHONERVS.

IVPITER significat magnitudinem honoris & dignitatum, & prælaturam, erit iustus, rector seu gubernator, dat maximos honores & dignitates, specialiter in rebus ecclesiasticis, erit honoratus in suo magisterio.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

In decima ditationem & collectionem substantiarum, & honestatem laudis, sublimitatem quoq; & honorem in omnibus.

CARDANVS.

In decima domo ætate media felices facit, & quibusdam in rebus principatum obtinere, publica negotia præbet, & ex his vtilitatem.

RINGELBERGIVS.

In decima per diem, publicorum negotiorum Principes, sed libidinis infamiæ obnoxios: per noctem, honestos mores tribuit, cum iactura patrimonii.

De Marte in decima domo.

ALBOHALI.

MARS tristitiam & captiuitatem à potentibus, inopiam, bella, aduersitates.

MARS non in exaltatione, vel domicilio ſuo facit hominem vilem & ſpretum, iniuſtum & callidum in cauſis iudiciorum. Et dat flagella & pericula, paupertates & malum finem, & inimicitias omnium ſuorum conſanguineorum, etiam patris & matris. Si verò ibi fuerit in domicilio vel exaltatione ſua, facit hominem validum in armis, habebit etiam bonam fortunam in armis, ſtipendium in bello extra patriam ſuam, faciet multas rixas & lites, & de rebus, quæ non pertinent ad ipſum; ſignificat hominem faſtuoſum, arrogantem cum deiectione honoris & dignitatis.

Idem.

MARS in medio cœli, in nocturna natiuitate, ſignificat natum à Regibus honorari: in die, contrarium.

Ex SEGEBERGENSI CODICE.

In decima tribulationem ex parte Regis, & percuſſionem flagellorum, & anguſtiam, & carcerem, & penuriam in victu, & multitudinem belli ac contentionis in his, quæ non pertinent ad eum.

CARDANVS.

In decima domo ſi fuerit Mars, potentiam præſtat immenſam, pro ſui generis conditione. Sed totam iuuentam innumeris periculis atque laboribus vexat: ratòq; ad ſenectutem perueniunt nati: multa etiam inopinatò ferentes incommoda, mortemque vt plurimum violentam, & in peregrinis locis, & inhoneſtam, proſcriptos, exules.

RINGELBERGIVS.

In decima domo, & altitudine ſua, aut in domo ♌ præſides, duces, vitæ necisque dominos.

De

Digitized by Google

De Sole in decima domo.

Albohali.

Sol magnam gloriam, auctoritatem, vtilitatem apud Reges.

Schonervs.

Sol significat statum nati multum honorabilem, & magnæ dignitatis, attinget officia magna & prælaturas, erit rector in populo, imperabit pluribus. Si fuerit in ♈ vel ♌ facit magnos dominos, dat regnum & dominium magnum iuxta conditionem genealogiæ nati, dat diuitias eximias, honorem altum, & magnum nomen ex suo exercitio & magisterio: & si fuerit pauper, natus obscuris parentibus, facit magnum virum, diuitem & potentem, vltra suam conditionem.

Cardanvs.

Sol in decima, in domo sua, aut exaltatione, facit Reges, Duces, celebres administratores, pront cuiuslibet status postulat; quod si ♂ alium genituræ cardinem possederit, regna, ducatus, administrationes per pericula & per prælia consequentur. Si autem ☉ fuerit in decima, ♂ in septima & Luna plena Martem aspexerit ex alio cardine, reddet natum exulem & captiuum, siue Rex, siue Dux fuerit, ☉ in omnibus cardinibus partialiter cum ☿ constitutus literatos faciet, disertos oratores, & excellentes in variis disciplinis, habebuntque ex his magisteria à Regibus.

Alibi.

In decima potestatem magnam declarat, atque etiam in iuuenta.

Ringelbergivs.

In medio cœli, claros, potentes & fortunatos efficit

Digitized by Google

ficit in domo sua vel altitudine: etiam Reges & Duces, qui à patre imperium occupant.

De Venere in decima domo.

ALBOHALI.

VENVS gaudium à Regibus & Principibus, & nobilibus fœminis, efficit dignitates & posteriorem vitæ medietatem meliorem priore.

SCHONERVS.

VENVS significat honorem magnum, & amorem à Regibus & aliis potentibus, amabitur ab eis, habebit lætitiam per magnos dominos & Principes, aut Reges: acquiret diuitias ab illis, erit plus honoratus, quàm ipse merebitur in sua conditione, mater erit honesta, longæ vitæ, & multum honorata.

EX REINFELDENSI CODICE.

In decima potestatem à scriptura, Geometria, Arithmetica & à Principibus.

CARDANVS.

In decima, facit in arte sua mirabiles, & ferè eadem præstat, quæ in prima.

RINGELBERGIVS.

In cunctis rebus gerendis admirabiles.

De Mercurio in decima domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS magnam scientiam scribendi, numerandi, & alias artes, ædificia excellentia.

SCHONERVS.

MERCVRIVS significat natum futurum Cancellarium Regis, Principis, aut saltè aliquem ex consiliariis eius, negotiabitur & tractabit apud Principes secreta plurima. Vnde Secretarij Regis aut Principis erit,

Digitized by Google

erit, habebit bonam fortunam in scripturis, mercaturis, Arithmetica, Geometria & Astrologia, & erit laudatus propter virtutes suas ab omnibus in mundo. Si fuerit infortunatus cum ♂ in suo fine erit infelix & pessimus.

De Luna in decima domo.

ALBOHALI.

LVNA magnum amorem ad res pulchras, diuitias, officia, honores apud Reges & principes.

SCHONERVS.

LVNA multiplicat honores, dat vtilitatem ex magnis Principibus & Dominis, etiam à populis, acquiretque, quæ desiderabit, ac habebit multos filios.

GAVRICVS.

In decima, dat effectum de omnibus rebus, quæ desiderantur, & erit honoratus à magnis dominis.

CARDANVS.

In decima turbatam ac fluctuantem dat iuuentutem, variamque fortunam.

RINGELBERGIVS.

In decima nocturnis horis in domo vel exaltatione sua crescens & in coniunctione vel aspectu Iouis, Imperatores aut Principes facit, quibus vitæ necisque potestas sit: diurnis mediocres opes præbet.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in decima domo tribuit nato fortunam & incrementum monasterii.

CAVDA Draconis oppressionem, damna, itinera non necessaria.

Digitized by Google

SCHONERVS.

CAPVT facit denotum, & magnum principem, vel dominum, ex suo magisterio acquiret honorem & famam, & lucrum, erit longæ & honestæ vitæ.

CAVDA in decima existente, natus deponetur ab officio, cadet ab alto, mater erit infortunata & breuis vitæ.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In decima fortunatissimum est cum regibus, principibus & magistratibus agere, præcipuè substantiam Principum lucri causa erogare, aut cum illis negotiari: nam mirificas vtilitates facit. Hoc tempus commodissimum est ad quamcunque artem, artificiumve inchoandum, nec vllum felicius tempus potest reperiri ad ambienda officia, honores, dignitates, & ad leges condendas: tum se principibus & potentibus obstringere felicissimum est.

VNDECIMA DOMVS.

De Saturno in vndecima domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS metum & dolorem amicorum, impedimentum rerum speratarum.

SCHONERVS.

SATVRNVS in vndecima, non in domicilio vel exaltatione sua, significat damnum ex amicis, vel amissionem amicorum, & dat amicitiam cum villanis, Iudæis & fratribus, habebitque fastidium propter amicos, aut non habebit aliquem vnquam, & nunquam habebit illum, quem desiderat, quoniam eius negocia erunt vt plurimum vana, significat etiam multum mœrorem in amicis. Si Saturnus fuerit in do-

Digitized by Google

in domicilio vel exaltatione sua, dat amicitiam cum Saturninis, sicut sunt magni viri, & maxime senes.

CARDANVS.

Negat gaudia, & filiis plurimum obest, quemad modum & in decima.

RINGELBERGIVS.

Modicas spes præbet, idque post tricesimum annum ætatis, nam ante illum quicquid habuerint, amittent.

De Ioue in vndecima domo.

ALBOHALI.

IVPITER diuitias, laudem, dignitatem amicorum causa, superationem inimicorum, vtilitatem ex rebus speraris, bonam fidelitatem & fidem. In nocturna genesi fortitudinem, fortunam, laudem.

SCHONERVS.

IVPITER significat nato multitudinem fortunarum & prosperitatem, & quod rerum sperandarum prosperum & fortunatum consequetur effectum, dat etiam multos bonos, fideles & vtiles amicos, multos filios, & primus erit masculus, habebit bonum finem de rebus desideratis.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In vndecima, laudem ex parte amicorum, gaudium quoq; ac lætitiam, atque effectum rerum ex parte amicorum, & profectum in his, quæ speret de omnire, vel in quibus habet fiduciam.

GAVRICVS.

In vndecima dat multos bonos, fideles & vtiles amicos, multos filios, & primus erit masculus, & habebit

Digitized by Google

bebit bonum finem de rebus desideratis: vndecimus locus & quintus, maxime propitii sunt illi.

RINGELBERGIVS.

In vndecima ab ortu Solis, magnas opes pollicetur, honores, magistratus: ab occasu eadem, sed aliquanto minora.

De Marte in vndecima domo.

SCHONERVS.

MARS extra domicilium, vel exaltationem suam, significat paucitatem fortunii, & quod spes & fiducia nati destruetur; & dat inimicitias cum amicis. Si autem fuerit in domicilio, aut exaltatione sua, facit hominem amicum dominis, armigeris & militibus, habebit honorem & vtilitatem in armis: significat etiam quod talis natus parum fideliter concorditerq; cum domino suo sit victurus.

EX SEGEBERGENSI CODICE.

Patrimonium dilapidabit, melior tamen in XI. quam in V. in vndecima paucitatem profectus, & inimicitiam antiquorum, & amissionem substantiæ, & ablationem fiduciæ in his, quæ habet in corde.

CARDANVS.

In vndecima in proprio domicilio, aut sua exaltatione facit hominem amicum dominis, armigeris, & cum militibus habebit honorem, & vtilitatem in armis, sed extra domum suam vel exaltationem, dat inimicitiam cum amicis: & res, quas sperat, non habebunt effectus.

Alibi.

In vndecima, non adeo malus, verum patrimonium dilapidabit, melior tamen in XI, quam in V.

In vn-

Digitized by Google

In vndecimá felix est, & tamen amicos non omnino fidos præstat.

De Sole in vndecima domo.

Albohali.

Sol gaudium & auxilium amicorum diuitum, & seruorum, fortunam parentum, honestum ac clarum nomen in exteris regionibus, fortunam in operibus, gratiam & benevolentiam hominum, & posterius vitæ tempus felicius in honoribus, quam prius.

Schonervs.

Sol significat spem & fiduciam bonam, in rebus pertinentibus ad honores ac dignitates, & perfectionem officiorũ, dat amicitiam magnorũ dominorum & magnum gaudium per amicos ditissimos, & per filios & seruitores: & ingeniũ in hominibus.

Ex Reinfeldensi Codice.

In xi. gaudium per amicos diuites, & ministros, & ingenium.

Cardanvs idem iudicat.

Cardanvs.

In vndecima, amicos regum, & claros ac fidos viros.

Alibi.

Felices facit ac nobiles, & quorum patres maximo honoris splendore decorentur. Si autem ♀ & ♃ cum eo collocati fuerint, aut ipsum aspexerint, amicorum gratia illi maximæ dignitates conferentur.

Ringelbergivs.

Felices ac nobiles, honestos parentes tribuit, & in ætate diuitias auget, quæ omnia maiora erunt, si aderint ♃ & ☉, vel in trigonis eorum radiis.

Digitized by Google

De Venere in vndecima domo.

Albohali.

Venvs fortunam ab amicis & sodalibus bonam, fidelitatem & fidem, multas opes in fine vitæ.

Schonervs.

Venvs significat fortunam, spem, fiduciam bonam in rebus, & quod spem suam consequetur sine perditione, dat amicitiam amicorum, nobilium, & bonam fortunam cum illis; habebit multos filios, spes eius non erit vana, sed pro maiori parte obtinebit suum propositum.

Alibi.

Facit nobiles, felices. Si autem ♃ & ☿ cum eo collocati fuerint, aut illum bene aspexerint, amicorum gratia illi maximæ dignitates conferuntur.

Ex Codice Segebergensi.

In vndecima, amicitiam, gaudium & vsum bonorum, ac lætitiam & fiduciam ex parte amicorum, & fortunam cum iis.

Ex Codice Reinfeldensi.

In vndecima amicitiam, gaudium per Regem, & fiduciam in amicis, & fortunam cum eis.

Cardanvs.

Iucundam facit iuuentam, & postea fluxibilem facit in sequenti ætate fortunam.

Ringelbergivs.

Si xi. vespertina aliquos ♄ aut ♂ radios attigerit, infecundos facit, atq; illicito coitu gaudentes.

De

Digitized by Google

De Mercurio in vndecima domo.

Albohali.

Mercvrivs multos amicos, sodales, gaudium apud sapientes, liberalitatem.

Schonervs.

Mercvrivs significat fortunam in spe & fiducia, in perdiscendis scientiis, doctrinis, & rebus occultis, dat amicitiam cum hominibus laudatis & honestis, erit ab omnibus amatus, habebit fortunam bonam in omnibus rebus, quas incipiet.

Ex Reinfeldensi Codice.

In vndecima multitudinem amicorum & gaudium, & societatem sapientium.

Ringelbergivs.

Ingeniosos & prudentes, omnia perficientes.

De Luna in vndecima domo.

Albohali.

Lvna gaudium ex amicis & impletionem omnis spei & expectationis.

Schonervs.

Lvna multiplicat spem & fiduciam, dat lætitiam, honores & vtilitatem à magnis principibus siue dominis: & à populis acquiret quæ desiderabit, habebit multos filios.

Ex Codice Segebergensi.

In vndecima, gaudium ex parte amicorum, & adeptionem omnis rei, quam sperabat, & in qua habebat fiduciam.

Cardanvs.

In vndecima prolem, amicosque auget, sed non fir-

Digitized by Google

firmos dat; vnde etiam qui in quinta vel vndecima a Lunam habent, multos filios sortiuntur, sed de paucis gaudium percipiunt.

RINGELBERGIVS.

Ea decernit, quæ in V.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT & cauda Draconis in vndecima domo, dant multum laboris, quietis parum.

SCHONERVS.

CAPVT largitur amicitias magnorum hominum, vtilitatem & honorem per illos, sed erit infortunatus in filiis.

CAVDA dat modicam gratiam cum amicis, sed aliquos filios fortunatos & amicorum diminutionem.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In duodecima domo, simili modo, quo de decima dictum est, iudica. Etsi enim hæc domus debilior est: tamen natura sua maximam fortunam significat. Quapropter fit duplex fortuna in omnibus rebus, nullo excepto, præcipue vero auspicatum est, rum à principibus opes petere, aut eos trucidare. Nam vndecima domus significat substantiam regum, principum & dominorum.

DVODECIMA DOMVS.

De Saturno in duodecima domo.

ALBOHALI.

SATVRNVS metum, captiuitatem, impedimenta à regibus, pauorem in omnibus.

SCHO-

Digitized by Google

SCHONERVS.

SATVRNVS in duodecima non in domicilio suo, vel exaltatione, significat multitudinem angustiæ, tribulationem cum multitudine inimicorum, erit infortunatus in animalibus maioribus, erit timidus in suis negociis & infortunatus, stabit in carcere, aut erit damnatus exilio. Quot Planetæ fuerint in duodecima domo, tot vicibus coniicietur in carcerem: maxime si Mars fuerit in angulo, significat etiam impedimentum à rege, & quod capietur ab inimicis. Si vero fuerit Saturnus in domicilio vel exaltatione sua, significat natum fieri fortunatum in animalibus maioribus.

EX CODICE REINERLDENSI.

Capietur ab inimicis, & erit pauidus in omnibus rebus suis.

SCHONERVS.

Improbitatem summam, & ob id aliquando vincula, & si male positus est, sentinam malorum.

RINGELBERGIVS.

Fraude seruorum & frequenti ægritudine genitos infestat.

De Ioue in duodecima domo.

ALBOHALI.

IVPITER seruitutem, paupertatem, defectum & tristitiam à seruis.

SCHONERVS.

IVPITER facit, vt crescant inimicinati, & grauamen habeat à viris altis & potentibus: nã dat inimicos, fortes & potentes nato nocituros, dat carceres, seruitu-

Digitized by Google

seruitutes, paupertatem: si vero fuerit in domicilio vel exaltatione, dat omnium dictorum contrarium.

EX CODICE SEGEBERGENSI.

In duodecima seruitutem ac paupertatem, atq; indigentiam tristitiamq; ex parte quadrupedum, & mœrorem à seruis.

GAVRICVS.

In duodecima, si non est in domicilo suo aut exaltatione, dat carcerem, seruitutes & paupertates, damnum ex animalibus quadrupedibus & seruis, sed in domicilio suo aut in exaltatione, dat totum contrarium.

CARDANVS.

In duodecima domo, inimicorum frangit incommoda.

RINGELBERGIVS.

Reddit inimicis semper superiores.

De Marte in duodecima domo.

ALBOHALI.

MARS morbos & damna ex hostibus, seruis & turpibus hominibus, impedimenta & infortunia in omnibus inceptis.

SCHONERVS:

MARS significat tribulationem, angustias multas vexationes varias cum grauitate sustentationis: significat etiam carceres, captiuitates, percussiones & similia, ex quibus oritur periculum; dat multos inimicos, sed obruet illos; ingeniosos faciendo furtum, infortunatus in bestiis maioribus, tenebitur in carcere, habebit aliquod malum, aut vulneratus erit in

Digitized by Google

rit in pedibus. Significat etiam quod inimici nati extollent se super eum, facient ei malum, si fortis fuerit Mars; si vero debilis fuerit, erunt debiles, nec ei nocere valebunt.

Ex Segebergensi Codice.

In duodecima dat nato multos inimicos, sed obruet illos.

Cardanvs.

In duodecima infidos seruos, carceres, infamiam, debilitat corpus aliquo periculo, incidentiq; infortunio: semper enim Mars in his, in quibus non est proprius significator, egregie nocet; si tamen temperetur à bonis, magna etiam dona decernit, sed cogitur seruis suis obedire.

Ringelbergivs.

Diurnis horis morbos, languores, solicitudines, scelera, damna, & seruorum insidias denotat; nocturnis hæc mala mitigantur.

De Sole in duodecima domo.

Albohali.

Sol inimicitias Regum, amissionem bonorum, morbos, angustiam, & calamitatem à seruis, inimicis & ignobilibus.

Schonervs.

Sol significat inimicitias à regibus, potentibus, principibus & magnis viris, ab eisque angustias patietur & tribulationes, dat carceres vel exilium, propter aliquod homicidium, vel propter iram domini; perdet rem familiarem vel substantiam atq; honores: à seruitoribus tribulationes habebit, & per homines vilis conditionis. Sed econtra bonam fortunam in magnis animalibus.

Digitized by Google

Ex Reinfeldensi Codice.

In duodecima interfectiones diuitum, ablationem honoris, tribulationem à seruis, & inimicis & ignobilibus.

Cardanvs.

In duodecima, carceres, tristitiam, inimicos, debilitatem corporis, aliis seruientes, & captiuos facit.

Ringelbergivs.

Ignobiles ac seruos procreat, iacturam patrimonii, tristem vitam, & ægritudines graues.

De Venere in duodecima dom

Albohali.

Venvs molestias à malis mulieribus, & malum matrimonium.

Schonervs.

Venvs remouet hostes & carceres, tollit tribulationes & angustias, facit fortunatum ex equis & cæteris animalibus, quæ equitantur, dat fastidium & rumores causa mulierum, vel propter mulieres, aut propter amorem, & præsertim mulierum de vili conditione, carceres aut exilium. Et si fuerit in Virgine, Capricorno, aut Aquario, & specialiter coniuncta cum Sole, Saturno aut Marte, minabitur periculum occasione vel causa amoris. Et si nativitas fuerit masculi, facit eum mollem & cinædum publicum; Si fœminæ, facit meretricem publicam & inhonestam. Tamen Venus in domo duodecima, dat bonam fortunam in animalibus maioribus.

Ex Reinfeldensi Codice.

In duodecima tribulationem, maxime inimicitias ex mulieribus, præsertim ignobilibus.

Car-

Digitized by Google

CARDANVS.

In duodecima, turpibus meretricum nuptiis alligat, eosque facit, qui fœdis amoribus non aliter, quam fratre amisso, discrucientur, infelicia exhibet connubia.

RINGELBERGIVS.

In duodecima, mulierum causa mortem prædicit, & perpetuam sollicitudinem.

De Mercurio in duodecima domo.

ALBOHALI.

MERCVRIVS natum sapientem, philosophum, & valde artificiosum: si vero impeditur, furiosum, delirum, inquirentem de rebus inutilibus, aut fortassis negotiatorem equorum, & aliquid scientem de quadrupedibus & similia.

SCHONERVS.

MERCVRIVS significat quod natus habebit inimicitias à doctis & similibus Mercurialibus, facit hominem infortunatum, aliquantulum leuem ingenio, & semper quæret de rebus sine fundamento, habebit multos inimicos, & sæpe versabitur in carcere: significat etiam fornicationes turpes & deceptiones. Et si fuerit fortunatus, habebit bonam fortunam ex animalibus quadrupedibus. Et non impeditus, solet facere homines literatos & philosophos, peritos in omni scientia.

CARDANVS.

In duodecima eos, qui in mala re bene versentur; ingenium vero ad lattocinium, decipiendum & ad insidias, commodum: quod idem præstat Dominus ascendentis in eo loco positus, quamuis eo sic posito frequenter contingat dare pœnas.

Digitized by Google

RINGELBERGIVS.

Publica & ardua negocia affectantes.

De Luna in duodecima domo.

ALBOHALI.

LVNA impedimenta ab inimicis: & si infortunata est à Saturno, captiuitatem & paupertatem, os & corpus fœtidum: In nocturna tamen genesi, hæc mala mitigantur.

SCHONERVS.

LVNA multiplicat hostes & inimicos, si fuerit infortunata, dat multa impedimenta carceris & exilii. Et si fuerit combusta, coniuncta cum Sole aut Saturno, aut Marte, indicat nato infinita infortunia, & erit breuis vitæ, morietur ferro, aut peste, aut in aqua, erit infortunatus in animalibus quadrupedibus. Et si fuerit fortunata, non significat tantum malum.

CARDANVS.

In duodecima, tristitiam, mœrorem, breuem vitam.

RINGELBERGIVS.

Breue tempus vitæ portendit, & miseros ac laboriosos.

De Capite & Cauda Draconis.

ALBOHALI.

CAPVT in duodecima, robur & multitudinem inimicorum, augmentationem malorum & paupertatem.

CAVDA Draconis parum infortunii aduersus inimicos, oppressionem eorum ac paupertatem, & nullum damnum ab illis.

SCHONERVS.

CAPVT significat bonam fortunam in animalibus magnis,

Digitized by Google

magnis, infortunium in seruis & seruabus, dat inimicos occultos, potentes, & paucas diuitias.

CAVDA dat ruinam inimicorum & damnum in animalibus magnis.

De parte fortunæ.

ALBOHALI.

In duodecima si pars hæc inuenitur, bonum est equos, mulos, asinos, boues, vaccas emere, & cum illis negocia exercere, in pascua mittere, & aliis vtenda dare: fortunatum est & captiuos liberare, verum omnia alia negocia lucri causa suscipienda, vitanda sunt. Nam iacturam afferunt, neque confligendum tunc cum hostibus, nam eo tempore confirmantur & adiuuantur eorum vires, & victoriam obtinent fortunæ suffragio.

TERTIVM MEMBRVM TERTII CAPITIS, de significatis Planetarum in domo propria & alterius.

PRIMO, DE SATVRNO.

Saturnus in proprio domicilio.

ALBOHALI.

Cum Saturnus in natiuitatibus diurnis in domo sua exstiterit, significat amicitiam nobilium atque magnatum & cumulationem substantiæ, maxime, si fuerit in ascendente, aut cum ☉, & si natiuitas fuerit nocturna in domo sua, significat laborem & diuturnitatem eius & multitudinem ægritudinum.

SCHONERVS.

SATVRNVS in domicilio suo, in diurna genitura,

Digitized by Google

dat amicitiam nobilium & magnas diuitias, & specialiter in ascendente, cum parte fortunæ, facit hominem grauem, sapientem, superbum & melancholicum, erit primogenitus, vel nobilior inter fratres: de nocte dat multas infirmitates & labores.

Ex Codice Reinfeldensi.

Saturnvs in natiuitate diurna in domo sua, significat amicitiam & substantiam maximam si fuerit in ascendente cum parte fortunæ. In nocturna natiuitate labores & morborum multitudinem.

Saturnus in domo Iouis.

Albohali.

Saturnvs in domo Iouis in natiuitatibus diurnis significat pulchritudinem, & diuitiarum affluentiam ac veritatem: sed si nocturna fuerit natiuitas, erit dispositor in rebus regum & magnatum, & forte interficietur pater eius.

Schonervs.

Saturnvs in domicilio Iouis dat pulchritudinem, facit hominem veridicum & multarum diuitiarum: in nocturna dat contentiones cum nobilibus, etiam mortem patris.

Saturnus in domo Martis.

Albohali.

Cum fuerit Saturnus in domo Martis, habebit cor lapideum, exiguam misericordiam & abundantiam iræ in eo, in quo debebat nequaquam irasci, & non eleuabitur in rebus bonis, sed magis prosperabitur in malo.

Schonervs.

Saturnvs in Martis domicilio, facit hominē duri cor-

Digitized by Google

ri cordis, sicut saxum, sine misericordia, & dat iram maximam.

Saturnus in Sole.

ALBOHALI.

Eodem Saturno, in natiuitatibus diurnis, in domo Solis commorante, fortunam nati & bonitatem status patris denunciat, & accessionem facultatum; & si fuerit nocturna genesis, significat afflictionem valetudinis nati atque patris.

SCHONERVS.

SATVRNVS in domicilio Solis, in diurna fortunam patris auget.

GAVRICVS.

SATVRNVS in domo Solis, in die fortunam nati & patris, in nocte despectum vtriusq;.

Saturnus in domo Veneris.

ALBOHALI.

Si eundem in domo Veneris, commorantem deprehenderis libidines eius erga mulieres paupercules & infirmitate impeditas, ac viles seu nullius pretii designat.

SCHONERVS.

SATVRNVS in domo Veneris, facit hominem incredulum in sua fide, amabit mulieres pauperes, & viles, & semper de illis habebit damnum & verecundiam; & magnum impedimentum propter eorum superfluum, & per multam crapulam, habebit multas infirmitates.

Saturnus in domo Mercurii.

ALBOHALI.

Eodem in domo Mercurii existente parcitatem nati &

Digitized by Google

ti & retentionem, ac inuestigationem scientiarum, atque secreta librorum occultorum significat, quocirca detrimentum patietur, & habebit impedimentum & tarditatem linguæ, erit pessimus animo & voluntate. Inuidebunt ei homines, & dicent de eo opus, quod non fecit.

SCHONERVS.

SATVRNVS in Mercurii domicilio, dat ingenium & scientias, facit res occultas, per quas patietur damnum, habebit nonnihil linguam tardam, & furore subito faciet omne malum, premetur inuidia, & reprehendetur sine iusta causa.

Saturnus in domo Lunæ.

ALBOHALI.

Eundem si in domo Lunæ inueneris, infirmitatem nati, ac multitudinem morborum matris significare eum ne dubites: destruet etiam substantiam matris in vita eiusdem.

SCHONERVS.

SATVRNVS in Lunæ domicilio, dat multas infirmitates nato, morietur cito, diruet rem familiarem matris, habebit malum in oculo sinistro in diurna natiuitate: in nocturna vero habebit malum in oculo dextro, faciet iter, de quo nunquam redibit, vel tarde redibit cum magno dolore. Et idem, siue natus est de die, siue de nocte.

SECVNDO, DE IOVE.

Iupiter in domo Saturni.

ALBOHALI.

Cum Iouem in domo ♄ inuenerit, grauitatem & angu-

Digitized by Google

angustiam cordis & multitudinem luctus designat. Sed vulgó se pauperem demonstrabit, eritque debilis cordis, piger, cogitans malum quotidie, & perseverans in eo, & res suas occultè faciet, ac continget ei malum ex partibus diuersis.

SCHONERVS.

IVPITER in domo Saturni facit hominem parui animi, qui semper cogitat mala, & ex ea re habebit mala, erit infortunatus in rebus ecclesiasticis, sed erit multum diues, & semper dicet se esse pauperem.

Iupiter in domo sua.

ALBOHALI.

Si IVPITER in domo sua in natiuitate diurna permanserit, erit fortunatus ac diues, dilectus quoque ac potens apud Reges & Principes. Sed si nocturna fuerit genesis, erit contrarium eius, quod diximus. Cogetur enim victum suum quotidie acquirere, & dicet ea, quæ non sunt, neque fuerunt, & habebit commixtionem cum viris religiosis, aut erit prælatus in lege, aut religione.

EX REINFELDENSI CODICE.

In domo propria in die fortunatus, facit diuites & aulicos, & manentes apud Reges: in nocte minuitur significatio.

GAVRICVS ET SCHONERVS.

IVPITER in domo sua facit hominem multum diuitem & honoratum, & potentem, & præsidem magni viri. Et specialiter in decima & ascendente. Et si Iupiter fuerit in secunda, dat diuitias infinitas: in nona, decima & vndecima facit magnos prælatos.

Digitized by Google

Iupiter in domo Martis.

ALBOHALI.

Eodem in domo Martis commorante erit laudatus in omnibus suis artibus & constans in sua felicitate, habens consuetudinem cum Regibus, Principibus & Ducibus: ac si tunc Iupiter fuerit in angulis ac succedentibus angulorum, in signis masculinis, erit princeps & ductor exercitus, & maximi proceli, nominisque clarissimi.

SCHONERVS.

IVPITER in Martis domicilio facit multum fortunatos & socios regis & magni Principis. Et si fuerit in angulo, ac succedente, aut in signo masculino, dat conditionem magnam in exercitu: si autem fuerit in signo fœmmino, dat minus stipendium, vel minorem conditionem in bello.

Iupiter in domo Solis.

ALBOHALI.

Si Iupiter in domo Solis habitauerit, erit famosus, boni ingenii, coniunctus regibus, & laudatus apud eos, & coram vniuerso populo: & si præter hoc, quod dixi, fuerit in angulis vel succedentibus erit liber & amabilis; vel impeditus, erit magnæ felicitatis, & magnarum diuitiarum, Rex, seu Regi similis, maxime vero in natiuitate diurna.

SCHONERVS.

IVPITER in Solis domicilio facit hominem sapientem, bono ingenio præditum, amatum a magnis viris & a populo: & si fuerit in angulo, aut succedenti, specialiter de die erit Rex, aut similis Regi.

Iupi-

Digitized by Google

Iupiter in domo Veneris.

Albohali.

Si in domo Veneris in natiuitatibus masculorum commorantem videris, coniunctionem nobilium & gaudium ac commodum in desponsatione nobilium mulierum significat. Sed si fuerit natiuitas fœminæ, adipiscetur bonum ex captiuitate & profectum causa fidei & religionis.

Schonervs.

Iupiter in domicilio Veneris, dat amicitiam & negocia cum nobilibus & lætitiam, magnam vtilitatem à mulieribus, aut erit magnus in religione & honoratus, habebit magnas diuitias ecclesiasticas.

Ex Reinfelpensi Codice.

Iupiter in domo Veneris in natiuitate masculina commixtionem nobilium, gaudium & profectum in dispensatione nobiliū mulierum. In natiuitate fœminina profectū tam fidei, quā religionis.

Iupiter in domo Mercurii.

Albohali.

Eodem in domo ☿ habitante erit natus negociator diues, multa dans, & multa accipiens ex negociatione sua, & laudatus, habebitq; dominium super aliquos homines in occulto, & lucrabitur ex hoc pecuniam, summisque extolletur laudibus.

Schonervs.

Iupiter in ☿ domicilio, facit hominem doctum, magnum mercatorem, fidelem, acquiret diuitias magnas & plures, quam sui socii & consanguinei.

Digitized by Google

Ex

Ex Reinheldensi Codice.

Ivpiter in domo ♃ negotiator fidelis, habens multam substantiam super alios.

Iupiter in domo Lunæ.

Albohali.

Et si idem in domo Lunæ in natiuitatibus diurnis apparuerit, & maximè in angulis, vel succedentibus erit fortunatus, & multarum diuitiarum, magnæ auctoritatis, coniunctus regibus ac nobilibus. Si verò nocturna fuerit natiuitas, erit psalatus in lege, boni ingenii in suis artibus, & clarus ex illis.

Schonervs.

Ivpiter in Lunæ domicilio, in angulo autē succedenti dat practicam cum magnis viris, erit homo multum fortunatus, cognitus per multas regiones.

TERTIO, DE MARTE.

Mars in domo Saturni.

Albohali.

Cum Mars fuerit in domo Saturni, natus erit audax, diabolus, perficiens ipse omnes res quas incipit: sed dilapidabit opes parentum suorum, & videbit mortem fratrum suorum maiorum.

Schonervs.

Mars in domicilio Saturni facit audacem, finiet quicquid incipiet, vsurpabit rem familiarem consanguineorum, morientur ei fratres maiores.

Mars in domo Iouis.

Albohali.

Eodem in domo Iouis commorante natus erit nobilis & honoratus & pulcher, amicus nobilium

Digitized by Google & ma-

& magnatum. Et si fuerit Iupiter in domo Martis, viciſſim in configuratione bona; erit natus velut ductor exercituum & vincens aduerſarios ſuos. Si vero in domo ſua permanſerit, erit nominatus, honoratus & diues, & fortè ingeniosus ac doctus, & peritus Geometriæ, habebitque bonos ſucceſſus in omnibus operibus ſuis, maximè ſi natiuitas fuerit nocturna: quòd ſi diurna fuerit & in Ariete, non aſpicientibus eum fortunis, erit malignus inferens omnibus iniurias, & accident ei dolores occulti & caſus ab alto. Et ſi in Scorpione exſtiterit, aliquid ex prædictis minuetur.

SCHONERVS.

In domicilio ♃ facit natum nobilem amatum à magnis dominis, erit magnus ductor exercituum, maximè ſi ♃ fortunatus in domicilio Martis exiſtat.

GAVRICVS.

MARS in domo Iouis facit natum nobilem & amatum à magnis Dominis, & erit magnus dux exercitus, fortunatus & ingeniosus, & bonus Geometra, ſi natiuitas fuerit nocturna: ſed ſi natiuitas fuerit diurna, & non aſpexerit ♃ vel ♀, erit malignus, & vi coget alios cum ſuperbia, habebit dolores occultos & cadet ab alto.

Mars in domo propria.

SCHONERVS.

MARS in domicilio proprio ſi exſiſtit, natus erit magnus, rationalis Geometra, maximè in nocturna: in diurna ſi non aſpexerit Iouem, aut Venerem, erit malignus, & vi coget alios cum ſuperbia, habebit dolores occultos, & cadet ab alto.

Ex

Digitized by Google

Ex Segebergensi Codice.

Si vero in domo sua permanserit, erit honoratus & dives, & forte ingeniosus ac doctus & peritus, &c. vt supra Albohali dicit.

Mars in domo Solis.

Albohali.

Si in domo Solis Mars exstiterit, significat mortem nati ex infirmitate, quam habebit in ventre & proptie in stomacho, in oculis: operabitur, quæ grauia sunt ad operandum per ignem: & erit mors eius repentina, aut capietur, aut interficietur, aut ipse, aut pater eius, aut morietur in peregrinatione.

Schonervs.

In Solis domicilio significat destructionem nati, infirmitatem & dolores oculorū & stomachi: mors eius erit subitanea, aut occidetur per ferrum, aut ignem, morietur extra patriam, delectabitur in vita sua in rebus de ferro & igne.

Ex Reinfeldensi Codice.

In domo Solis destructionem in oculis & stomacho, & erit magister in opere: mors eius erit subitanea, interficietur, morietur peregrinus.

Mars in Venere.

Albohali.

Eodem in domo Veneris existente erit natus luxuriosus, fornicator, perpetrans scelus cum vxoribus consanguineorum suorum, vel cum suis consanguineis, vel desponsabit sibi mulierem, cum qua ante mœchatus est, & patietur detrimentum à mulieribus. Quod si in libra permanserit, patietur detrimentum ab igne & ferro in locis occultis corporis sui. Si vero in Tauro exstiterit, significat omnem luxuriam & malitiam coniunctam.

Digitized by Google

Scho-

SCHONERVS.

In Veneris domicilio facit hominem furiosum, qui rem habebit cum cōsanguineis, vel ducet sponsam vnam, quam primo stuprauerit, vnde illi veniet malum. Sed in Tauro dat falsitates. In Libra vulnera ex ferro vel igne, in loco cooperto.

Mars in domo Mercurii.

ALBOHALI.

Si eundem in domo Mercurii commorantem cognoueris, significat intellectum nati & summum ingenium: & erit callidus cum audacia & experientia rerum, cum paupertate, & maius erit ei lucrum ex furto, latrociniis: vel erit scriptor, sapiens, docens linguas vel discipulus scriptoris, qui scribit chartas falsas, & superabit socios suos in scientia & ingenio.

SCHONERVS.

MARS in Mercurii domicilio facit pigros & negligentes, sed prudentes & astutos, vincet socios malitia, lucrabitur malo animo, faciet res falsas cum penna, & falsas scripturas, docebit artem sagittariam & militiæ, negociationes, & contentiones, & perdet res multas.

Mars in domo Lunæ.

ALBOHALI.

Eodem in domo Lunæ commorante erit motu leuis, agilis, subtilis, inuestigator scientiarum, & erit audax in multis operibus peragendis: qui in ventre seu occultis partibus corporis malum seu impedimentum patietur, tempore quoque longo matri eius eueniet infirmitas, & mors eius repente, cuius quidem natus iste res facultatesq; dissipabit.

SCHO-

Digitized by Google

SCHONERVS.

MARS in Lunæ domicilio facit hominem leuem ingenio, quærentem res subtiles & profundas, erit audax facere mala in loco occulto, patietur malum in oculis, dissipabit rem matris, quæ habebit longam infirmitatem.

QVARTO, DE SOLE.

Sol in domo Saturni.

ALBOHALI.

Cùm Sol (&maximè in natiuitate diurna) in domo Saturni exstiterit, erit natus breuiloquus, multi risus, delusor, proficiens in omnibus operibus suis; & si fuerit nocturna, citò irascetur, erit instabilis in suis rebus, fastidiens omnes res, & assiduæ mutationis.

SCHONERVS.

SOL in domicilio Saturni in diurna natiuitate significat, quod erit perfectus in omnibus operibus suis. In nocturna erit instabilis.

Sol in domo Iouis.

ALBOHALI.

Quòd si in domo Iouis permanserit, erit peritus in cautis suæ legis, bonus sine pigritia, & maior omni genere suo. Quòd si natiuitas fuerit nocturna significat bonitatem nutritionis, coniunctionem cum nobilibus, præterquam quod ipse erit fornicator, exercens iniquitatem cum vxore patris sui, seu alicuius sui consanguinei.

SCHONERVS.

SOL in domo ♃ significat, quòd erit magnus in eccle-

Digitized by Google

ecclesia, erit maior domus suæ, erit luxuriosus & fornicator, & habebit rem cum consanguinea.

Sol in domo Martis.

Albohali.

Sol in domo Martis conuersante significat patris infirmitates & nati, sed præcipuè iunctarum & epatis dolorem; pater verò eius morte pessima opprimetur. Si in Scorpione exstiterit in natiuitatibus diurnis, masculorum felicitatem & exaltationem eorum tempore vitæ suæ promittit, sed si fuerit in natiuitatibus nocturnis, aliquid decedet de ea fortuna.

Schonervs.

In Martis domicilio dat infirmitates in epate: pater morietur pessima morte, quando fuerit in Scorpione: sed in ♈ significat exaltationem nati, & pater eius non morietur mala morte.

Ex Reinfeldensi Codice.

In domo Martis dolorem epatis, pater eius pessima morte morietur, & hoc in Scorpione: in die & ♈ exaltationem vitæ suæ: nocte erit contrarium.

Sol in domo propria.

Albohali.

Eodem in domo sua perseuerante in natiuitatibus diurnis in angulis vel succedentibus angulorum, erit dilectus, regnans, diues, magnus & fortis, & euenient ei diuitiæ ab altis hominibus, & ex locationibus terrarum & villicatione: in natiuitatibus verò nocturnis, debilitatem ingenii sui patris significat, & erit orphanus, & capietur in peregrinatione, & fortè significat separationem voluntatis nati à parentibus suis.

Digitized by Google

SCHONERVS.

In domicilio proprio, in angulo aut succedenti de die facit Regem aut magnum Principem, aut erit diues, potentissimus, robusti corporis, habebit diuitias non cogitatas, bonam fortunam in itineribus: sed de nocte significat tristitiam & citam mortem patris.

Sol in domo Veneris.

ALBOHALI.

SOLE in domicilio Veneris existente natus exponet somnia, erit diuinator, & aperientur ei res absconditæ, verax in bono, & multorum itinerum, quibus valdè delectabitur; sed turpiter luxuriosus erit.

SCHONERVS.

SOL in domicilio Veneris facit expositionem somniorum, erit verax & inuestigator rerum occultarum, & amabit itinera.

EX REINFELDENSI CODICE.

SOL in domicilio Veneris expositor erit somniorum, & inuestigator absconditorum, & verax, & diliget munera.

Sol in domo Mercurii.

ALBOHALI.

Eodem in domo ☿ commorante erit multorum rumorum, bonorum operum, doctor scientiarum, & fortassis Astronomus, notus apud omnes, maximè si fuerit natiuitas diurna: si verò nocturna fuerit, erit pauper, mala opera agens, in iuuentute quidem erit turpiloquus, cùm autem ad mediam ætatem peruenerit, diuitias acquiret non cognitas vel occultas, accident autem ei dolores in stomacho, aut

Digitized by Google

aut in occulta parte corporis, & conuersabitur hominibus, opera dæmonum exercentibus.

SCHONERVS.

SOL in domo Mercurii dat multas scientias, & bona opera, erit Astrologus & amatus à nobilibus, si est natus in die. Sed si est natus de nocte, erit pauper & faciet multa mala, maximè in iuuentute, sed in media sua ætate abundabit diuitiis, & ei dolebunt oculi & stomachus, & immiscebit se rebus magicis & diabolicis.

Sol in domo Lunæ.

ALBOHALI.

In domo Lunæ si inuentus fuerit cum cauda draconis, ♄ vel Marte, impedimenta ac pericula minatur oculis nati, multa decernit itinera, & varia in aquis discrimina.

SCHONERVS.

SOL in Lunæ domicilio, maximè coniunctus caudæ Saturno vel Marti, dat malum oculis, faciet multa itinera, sustinebit periculum in aquis.

QVINTO, DE VENERE.

Venus in domo Saturni.

ALBOHALI.

VENVS cum fuerit in domo Saturni natus cognoscet mulierem phlebotomatam, vel meretrices, & vituperabitur ex hoc, & erit cotruptor mulierum desponsatarum, & propter hoc proficiet in rebus suis. Sed in natiuitatibus nocturnis erit multæ fornicationis, damnatæ luxuriæ: & contingent ei ex hoc controuersiæ, & cùm intrabit ætatem ditabitur per mortem suarum vxorum.

Digitized by Google

SCHONERVS.

VENVS in domicilio Saturni facit fornicatorem cum mulieribus desponsatis, & Sodomitam aut scortatorem in pueritia, cinædum & mollem, morietur citò vxor eius, mater erit inhonesta, aut adultera.

Venus in domo Iouis.

ALBOHALI.

Si eadem in domicilio Iouis exstiterit, significat incrementum dignitatis nati, & accessionem pulchrorum indumentorum, & proficiet per causas mulierum, & per aliquod opus muliebre, per socios & cognatos, & per vxores nobiles, vel per aliquod opus, quod eis faciet: & sua familia eum odio prosequetur. Sed si fuerit natiuitas diurna, erit hoc quod dixi, aliquo modo diminutum.

SCHONERVS.

VENVS in Iouis domicilio dat bona per mulieres, vel per ecclesiastica, erit discretus, honestus & integer, sed aliquando habebit cum suis rixas.

Venus in domo Martis.

ALBOHALI.

Eadem in domo Martis commorante patietur natus malum, & contentiones per causas mulierum, & habebit rem cum ancillis, & malis mulieribus seruiet, & consequetur desponsationem, & cadet in controuersias, & inimicitias, atque amissionem, & forsan interficiet vxores suas propter suspiciones aliquas.

SCHONERVS.

VENVS in Martis domicilio facit natum implicare se meretricibus in iuuentute, & si duxerit vxorem, ver-

Digitized by Google

verberabit eam sæpe, vel occidet eam, sed ♈ faciet, quod ôdio mulieres habebit, & amabit masculos iuuenes, vel habebit rem cum muliere meretrice & inhonesta, non tenebit legem in coitu, nec Deum timebit, & si addiderit ♂ ibi testimonium suum, non curabit mori pro libidine & turpitudine. Qui habuerit Venerem & Lunam in ♈, & specialiter, quando Sol fuerit in signo masculino erit inimicus mulierum.

EX CODICE REINFELDENSI.

In domo Martis conuentiones, & commixtiones cum mulieribus malis significat, & forte interficiet vxorem suam.

Venus in domo Solis.

ALBOHALI.

Si in domo Solis permanserit, erit natus infortunatus in causis mulierum, & erit amator puellarum pene infantium, & erit abundans in coitu, & multum desiderans ipsum.

SCHONERVS.

In Solis domicilio amabit mulieres minores & pueros, erit luxuriosus vltra modum, significat natum contrahere matrimonium cum meretrice, mulieremq; esse immensæ libidinis & amoris.

Venus in domo propria.

ALBOHALI.

Eadem in domo sua reperta significat gaudii multitudinem, cum mulieribus amicitiam, lætitiam & delectationem cum aliis mulieribus insinuatis, & videbit in omnibus operibus suis, quod amet.

SCHONERVS.

VENVS in domo propria dat magnam prosperi-

Digitized by Google

tatem & lætitiam, sed amabit mulieres stultas, & illas, de quibus dicitur malum, ipse erit fortunatus in omni re: & habebit bonum effectum & exitum felicem in omni suo opere.

Venus in domo Mercurii.

Albohali.

Venvs, si in domo Mercurii fuerit, erit commixtus mulieribus virorum religiosorum ac bonorum, & erit dominus operum muliebrium, & hominum effœminatorum: diliget etiam luxuriam, & faciet picturas & sculpturas, & mulierum ornamenta, & his similia.

Schonervs.

Venvs in Mercurii domicilio facit conuersatorem cum personis religiosis, amabit multum luxuriam in iuuentute, erit cinædus & effœminatus, sed ipse delectabit se potius cum mulieribus, quàm cum masculis.

Venus in domo Lunæ.

Albohali.

Si ♀ in domo Lunæ inuenta fuerit, significat luxuriam turpem vagasque libidines, & vniuersaliter cum ♀ fuerit in signis mobilibus paruam significat stabilitatem in vna re.

Schonervs.

Venvs in domicilio Lunæ dat luxuriam impetuosam, facit instabilem in omni re, & sic in omnibus signis mobilibus, sicut sunt: ♈, ♋, ♎, & ♑.

SEX-

Digitized by Google

SEXTO, DE MERCVRIO.

Mercurius in domo Saturni.

ALBOHALI.

Cum Mercurius in domo Saturni permanserit, grauitatem linguæ & diuersitatem verborum ac malam suspicionem insinuat, & commiscebitur quidem religiosis hominibus & sapientibus, & erit notus per obseruationem suæ legis.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Saturni facit linguam impeditam, aut balbutientem, vel malè dicentem, negotia habebit cum religiosis, & hominibus sapientibus, erit profundi ingenii in omni scientia.

Mercurius in domo Iouis.

ALBOHALI.

Si idem in domo ☿ exstiterit, coniunctionem & amicitiam Regum, & administrationem rerum ipsorum pottendit: & causas partium, ac patrocinia, & erit sapiens in iudiciis & iudicando.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Iouis, facit hominem iustum, legalem, qui conuersabitur cum Rege & magnis viris.

Mercurius in domo Martis.

ALBOHALI.

Cum autem in domo Martis fuerit, faciet chartas falsas deceptionis & mendacii, ac calliditatis, vnde & malum patietur.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Martis facit malignum, falsum, nequam, mendacem, malitiosum, nugacem,

Digitized by Google

loquacem & fastidiosum in petendo, vult obtinere res iniustas, dat etiam facundiam, præsertim in V, sed erit perfidus & astutus, affectabit Necromantiam, & amabit operatores huiusmodi rerum, erit malæ suspicionis, festinus in suis negociis.

Mercurius in domo Solis.

ALBOHALI.

MERCVRIVS in domo Solis inuentus significat augmentum in scientia, & memoria, & inuestigationem scientiarum profundarum.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Solis facit scriptorem, bonæ memoriæ, & intellectus, & profundum in omni scientia.

EX REINFELDENSI CODICE.

In domo Solis inuestigationem profundarum scientiarum.

Mercurius in domo Veneris.

ALBOHALI.

Si eundem in domo Veneris commorantem inueneris, multitudinem amicorum insinuat, natusque procacitatem & lasciuiam & iocos amabit, erit timens Deum, & multa dabit & accipiet, & operabitur cuncta opera scientiæ, & conciliabit sibi nobiles ac præstantes viros.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Veneris, facit deditum rebus pulchris, magnis voluptatibus, & musicis, dat multitudinem amicorum nobilium.

Mercurius in domo propria.

ALBOHALI.

SI MERCVRIVS in domo sua permanserit, signifi-

Digitized by Google

gnificat omnes scientias triuii & quadriuii & prophetiæ, & maxime si in Virgine fuerit.

SCHONERVS.

In domicilio proprio facit ingeniosum, astutum, cautum in omni arte ac scientia, industrium, præsertim in mathematica, philosophia, poesi & arte oratoria, erit aptus facere omnia, quæ videt.

EX CODICE REINFELDENSI.

In domo sua omnes scientias philosophiæ, & maxime in virgine confert.

Mercurius in domo Lunæ.

ALBOHALI.

Cum vero in domo Lunæ habitauerit, multitudinem itinerum, ac honestam voluntatem demonstrat, bonamq; famam, & erit castus apud homines.

SCHONERVS.

MERCVRIVS in domicilio Lunæ, facit hominem bonæ voluntatis, castum, fidelem, fortunatum in mercatura, habet enim numen peculiare in Cancro, quoniam mittit antiscium suum in geminos.

EX REINFELDENSI CODICE.

In domo Lunæ bonam voluptatem & castum significat & fidelem.

SEPTIMO, DE LVNA.

ALBOHALI.

LVNA in domo Saturni commorante, ægritudines ex ventositate designantur, malum quidem de eo dicetur; quod si fuerit lumine diminuta, significat infirmitatem tussis & frigoris, & dolores renum, maxime si natiuitas fuerit nocturna. Si vero fuerit diurna, aliquid ex istis malis mitigabitur.

Digitized by Google

SCHONERVS.

LVNA in domicilio Saturni facit pigrum, malæ formæ, dat tussim, & malum per tussim, debilitatem, & malum in oculis, mater ipsius habebit aliquam infamiam, morieturq; repente.

Luna in domo Iouis.

ALBOHALI.

Si in domo Iouis permanserit, erit quasi rex inter parentes, cum multitudine bonæ famæ, sed perpetrabit luxuriam cum mulieribus, cum quibus non est licitum.

ABENRAGEL.

LVNA in omnibus partibus piscium facit venatorem, syluarum rimatorem, & lusorem non fortunatum.

SCHONERVS.

LVNA in Iouis domicilio, facit inter amicos primum, sicut Regem, de bona fama, sed multum luxuriosum, erit pro maiori parte sanus & longæ vitæ.

EX CODICE REINFELDENSI.

In domo Iouis, erit vt rex inter natos, & bonæ famæ, luxuriosus cum mulieribus, cum quibus non licet.

Luna in domo Martis.

ALBOHALI.

LVNA si in domo Martis fuerit, erit multæ iræ, acerbitatis, & contentionis, & commiscebitur malis hominibus, latronibus & bellatoribus.

SCHONERVS.

LVNA in domo Martis, facit natũ practicare cum malis

Digitized by Google

malis hominibus, de mala vita, & stabit in periculo submersionis, mater eius morietur subito.

Luna in domo Solis.

Albohali.

Eadem in domo Solis commorans, significat multitudinem gaudii & lætitiæ, amicitias Regum, famæ celebritatem, patietur autem natus infirmitatem in capite & stomacho, præsertim si fuerit in initio signi, vel fine.

Schonervs.

Lvna in Solis domicilio dat practicam, & lætitiam cum magnis dominis, erit infirmus & debilis in oculis & visu, dat dolores capitis & stomachi, & multam iram.

Ex Reinfeldensi Codice.

Lvna in domicilio Solis, gaudium cum regibus, infirmitatē capitis, & maxime in initio signi vel fine.

Luna in domo Veneris.

Albohali.

Lvna si in domo Veneris permanserit, erit amator mulierum, affectans eas, & habebit multum gaudii cum eis, & vitam pulchram.

Schonervs.

Lvna in Veneris domicilio, facit satis amabilem, habebit vtilitatem à mulieribus & vxoribus.

Luna in domo Mercurii.

Albohali.

Lvna in Mercurii domo conuersans significat amorem ergà iuuenculas, paruasq; puellas.

Schonervs.

Lvna in domicilio Mercurii, erit bonæ vitæ & intelli-

Digitized by Google

telligentiæ, amabit mulieres iuuenes, erit fortunatus in mercaturis.

Luna in domo propria.

ALBOHALI.

LVNA cum in domo sua habitauerit, habebit natus multum lucri, erit magnæ authoritatis, coniunctus regibus: quod si fuerit iuncta aut commixta malis, diuersas nati ægritudines & occasiones earum ostendit. Si vero fortunis iuncta fuerit, vel applicans eis significat sanitatem corporis & temperantiam.

SCHONERVS.

LVNA in propria domo, cum bono aspectu fortunæ, hoc est, Iouis vel Veneris, dat sanitatem corporis & conuersationem cum magnis dominis, cum vtilitate & honore. Sed infortunata à Saturno vel Marte, dat diuersas infirmitates, malum in oculis, & subitam mortem matris, natus erit in periculo in aquis & itineribus.

EX REINFELDENSI CODICE.

In domo propria commixtionem regiam & ab eis profectum: coniuncta vel applicans malis diuersas ægritudines: fortunis, corporis sanitatem.

De reliquis partis fortunæ accidentibus.

♄ Parte fortunæ in exaltatione *Saturni* existente, natus erit fortunatus apud senes & seruos, & ab his habebit fortunam secundum Albohalim.

♃ In exaltatione *Iouis*, apud potentes, nobiles & religiosos homines erit fortunatus, & habebit fortunam.

♂ In exaltatione *Martis*, apud principes, comites, equites auratos, & milites.

☉ In exaltatione *Solis*, apud reges & magnos principes.

In

Digitized by Google

In exaltatione *Mercurii*, apud Doctores, cancellarios, publicos notarios. ☿

In exaltatione *Lunæ*, apud balneatores & virgines, quæ sunt humilis stirpis. ☽

Similiter si pars fortunæ, in domo vel termino alicuius Planetæ fuerit, fortuna nati erit apud eosdem homines, maxime si aspexerit eam dominus eius, sed ipsi tamen non erunt in tam bono statu, vt superiores.

Porro pars fortunæ, cum erit in angulo, magnam fortunam significat, in succedentibus fortunam mediocrem, in cadentibus nullam, aut exiguam, sed laborem & difficultatem in acquirenda re.

Cum Sol benevole aspicit partem fortunæ, augetur fortuna.

Vide etiam, si Luna cum eadem parte & domino eius coniunctionem vel aspectum aliquem efficiat, & in cuius Planetæ domo sit Luna.

Si est in domo *Saturni*, natus erit frigidæ naturæ, raro audax & hilaris, & magnos labores sustinebit. Sed si Saturnus est orientalis, magna hæreditas illi obueniet, & nouas domos ædificabit.

Si vero Luna est in domo *Iouis*, natus erit sapiens, prudens & fortunatus apud potentes dominos, & amabitur ab hominibus.

Si in domo *Martis*, eadem inuenta fuerit, natus erit audax, libenter litigabit, & fortunam habebit apud duces exercituum, comites, equites auratos & milites.

Si in domo *Solis*, natus multa habebit beneficia à regibus.

Si in domo *Veneris*, natus erit hilaris, musicæ peritus.

In

Digitized by Google

telligentiæ, amabit mulieres iuuenes, erit fortunatus in mercaturis.

Luna in domo propria.

ALBOHALI.

LVNA cum in domo sua habitauerit, habebit natus multum lucri, erit magnæ authoritatis, coniunctus regibus: quod si fuerit iuncta aut commixta malis, diuersas nati ægritudines & occasiones earum ostendit. Si vero fortunis iuncta fuerit, vel applicans eis significat sanitatem corporis & temperantiam.

SCHONERVS.

LVNA in propria domo, cum bono aspectu fortunæ, hoc est, Iouis vel Veneris, dat sanitatem corporis & conuersationem cum magnis dominis, cum vtilitate & honore. Sed infortunata à Saturno vel Marte, dat diuersas infirmitates, malum in oculis, & subitam mortem matris, natus erit in periculo in aquis & itineribus.

EX REINFELDENSI CODICE.

In domo propria commixtionem regiam & ab eis profectum; coniuncta vel applicans malis diuersas ægritudines: fortunis, corporis sanitatem.

De reliquis partis fortunæ accidentibus.

♄ Parte fortunæ in exaltatione *Saturni* existente, natus erit fortunatus apud senes & seruos, & ab his habebit fortunam secundum Albohalim.

♃ In exaltatione *Iouis*, apud potentes, nobiles & religiosos homines erit fortunatus, & habebit fortunam.

♂ In exaltatione *Martis*, apud principes, comites, equites auratos, & milites.

☉ In exaltatione *Solis*, apud reges & magnos principes.

In

Digitized by Google

In exaltatione *Mercurii*, apud Doctores, cancellarios, publicos notarios. ☿

In exaltatione *Lunæ*, apud balneatores & virgines, quæ sunt humilis stirpis. ☽

Similiter si pars fortunæ, in domo vel termino alicuius Planetæ fuerit, fortuna nati erit apud eosdem homines, maxime si aspexerit eam dominus eius, sed ipsi tamen non erunt in tam bono statu, vt superiores.

Porro pars fortunæ, cum erit in angulo, magnam fortunam significat, in succedentibus fortunam mediocrem, in cadentibus nullam, aut exiguam, sed laborem & difficultatem in acquirenda re.

Cum Sol beneuole aspicit partem fortunæ, augetur fortuna.

Vide etiam, si Luna cum eadem parte & domino eius coniunctionem vel aspectum aliquem efficiat, & in cuius Planetæ domo sit Luna.

Si est in domo *Saturni*, natus erit frigidæ naturæ, raro audax & hilaris, & magnos labores sustinebit. Sed si Saturnus est orientalis, magna hæreditas illi obueniet, & nouas domos ædificabit.

Si vero Luna est in domo *Iouis*, natus erit sapiens, prudens & fortunatus apud potentes dominos, & amabitur ab hominibus.

Si in domo *Martis*, eadem inuenta fuerit, natus erit audax, libenter litigabit, & fortunam habebit apud duces exercituum, comites, equites auratos & milites.

Si in domo *Solis*, natus multa habebit beneficia à regibus.

Si in domo *Veneris*, natus erit hilaris, musicæ peritus.

In

Digitized by Google

In domo *Mercurii*, sapiens, solers, prudens, vafer, astutus.

Eadem ratione iudicabis, cum Luna est in horum Planetarum exaltationibus, vel terminis & aspectibus.

TAISMERVS.

Pars fortunæ in prima & secunda, dat diuitias.

In tertia & nona, itinera, & facit hominem iustum & religiosum, & bonos fratres.

In octaua, natus erit tardus, & iracundus, & habebit malam famam.

In medio cœli erit magistratus, & fortunatus in suis operibus.

In duodecima infortunata, longam miseriam & damnum significat.

In quarta erit fortunatus in his, quæ significantur per quartam domum.

QVARTVM MEMBRVM, DE SIgnificationibus domini ascendentis in natiuitate.

EX SCHONERO.

SATVRNVS dominus ascendentis in bono loco, non impeditus, natus erit magnanimus, pius, magnæ exaltationis, notabilis in consiliis. Sed impedito eo, vel in malo existente, erit paruæ rationis & animi, deceptor publicus, occultator suarum cogitationum.

IVPITER dominus ascendentis in bono loco, non impeditus, significat prudentem animo, exaltatum honore regni. Si impeditus vel cadens fuerit, malitiosum, grossi animi, iniuriatorem, deceptorem, mendacem, & qui plus consumit, quam lucratur.

MARS

Digitized by Google

MARS dominus ascendentis in bono loco non impeditus, audacis animi, ductorem populi, ac bellatorem victoriosum facit, habebit nomen principale coram principibus & populis. Et si Mars fuerit in loco malo vel impeditus, natus erit parui animi, malitiosus, inuidus, timidus, suspiciosus, deceptor, multi mali consilii.

SOL dominus ascendentis liber in bono loco, non impeditus, natus erit locuples, velociter discens veram & claram scientiam magnarum rerum, boni & magni nominis. Si vero Sol fuerit impeditus, vel cadens ab angulis, erit simplicis & leuis animi, paruæ potentiæ, modicæ scientiæ & cognitionis, cadens á bono statu in peiorem.

VENVS domina ascendentis in bono loco, in angulis vel succedentibus, non impedita, natus erit pulcher, pius, velox, dulcis loquelæ, acceptus & lætabundus. Si fuerit in malo loco & impedita, vel cadens, erit immundus, menstruosus, occulti secreti, muliebris vitæ.

MERCVRIVS dominus ascendentis, si fuerit in bono loco non impeditus, natus erit bonus orator, sapiens, pulcher, philosophus & poeta, consiliarius principum. Si impeditus fuerit, erit mendax, exercens falsitatem, magis stultus, quam sapiens.

Scias autem, quod cuicunque Planetæ MERCVRIVS *iungitur, in illius naturam conuertitur:* Nam si *Saturno* iungitur, natus erit grauis linguæ, inuidus, occultator suæ malitiæ, chyrurgicus, philosophus, luxuriosus contra naturam; Si *Ioui* per aspectū vel coniunctionem: mundū, veracem, discretum, honestorum verborum, cancellarium & consiliarium principū significat. Si *Marti*, facit mendacem totum, deceptorem omnium, etiam ad mulieres & virgines. Si

Soli

Digitized by Google

Soli sociabitur regibus & scriptoribus. Si *Veneri*, erit amator omnium scientiarum, bene loquens, bonus arbiter, & procurator. *Et nota, quod hæc predicta omnia de Mercurio, conueniunt etiam Mercurio in domibus & terminis Planetarum eorundem, perinde ac si eis coniungeretur.*

QVINTVM MEMBRVM, *de significationibus domini genituræ.*

Ex Libro Cardani Posthvmo.

Saturnvs genituræ dominus, facit homines prudentes, inuidos, ambitiosos, taciturnos, macilentos, pallidos, turpes, dentes male positos, & plerumque os fœtidum, pectoris angusti, malitiosos, pauci cibi, multi potus, cautos & vere timidos, querulos, odiosos, non satis bene erga vxores affectos, minus circa filios, auaros, qui Veneri & agriculturæ operam dant, versantur libenter circa aquas, capillos habent asperos, & pilosi sunt, color etiam illorum fuscus, pro aliis semper mali, pro seipsis etiam sæpe plerunque sunt infelices, contempti, & male audiunt.

Ivpiter.

Ivpiter dominus genituræ, efficit nobilem, glorioſum, honestum, ornatum, lætum, simplicem, beneficum, moderatum in ambulando, quietum, non præcipitis incessus, præbet firmam vitam, incolumitatem, patientiam, honores, magistratus, vxores bonas, opesque multas, fidos seruos & ancillas, celeritatem in absoluendo, significat etiam cibi amatorem. Si male dispositus fuerit, erunt vitia similia virtutibus, helluo, adulator segnis, feret iniurias & dedecora, erit prodigus.

Mars.

Digitized by Google

Mars.

Mars dominus genituræ efficit inuictos, qui nullis rationibus subiguntur, inuincibiles, contentiosos, audaces, periculosos, violentos, quiq; facilè rationibus falsis decipiuntur, multum cibi facile concoquunt, malæ sunt conuersationis, rubris capillis, oculis sanguinolentis, impetiosos, artes ex igne exercentes, admodum iracundos, & qui facile in furorem vertuntur.

Sol.

Sol dominus genituræ facit homines plenos fidei, sapientes, humanos, compositos, religiosos, parentum amatores, efficaces, dignos, quibus honor habeatur, pudicos, sed non admodum vxoribus, & filiis gratos aut iucundos, ambitiosos, mundos, nitidos gemmis, ac vestitu sumptuoso gaudentes, facie leonina, capillo flauo, atque ob id in pueritia pulchros, & gratiosos, post consistendi tempus tamen corpulentos, iustos in iudiciis, non multo cibo gaudentes.

Venvs.

Venvs domina genituræ, facit homines iucundos, aliis gratos, venustos, libidinosos, pios, iustos, fidos, candido corpore, oculis pulchris ac fulgentibus, humidisque, & qui facile ad fletum inclinentur, misericordes, capillis pulchris, roseo faciei colore, pauco cibo, multoque potu gaudentes, nobiles, mundos, mansuetos, & qui plurimum musica delectentur, & gemmis & figuris pulchris atq; odoribus: deiecta vero facit pictores, tinctores, musicos, verum si multum fauet ♀, efficit oratores. In principalibus autem locis, cum Ioue aut Sole, facit consentientes, magistratus, legationes, præbet etiam

Digitized by Google

fœcunditatem & sobolem: veruntamen si male afficiatur vitia circa pudenda efficit; cum Marte, mutilationes & hæmorrhoidas; cum Saturno sordida vlcera & venereos actus, impotentiam. Cum Mercurio rámices & hernium, gaudet in quinto & septimo loco, cum Sol fuerit in occidentis angulo, eadem fere patitur, quæ Luna iuncta maleficis aut opposita *Orientalis* in die Marti iuncta; *Occidentalis* vero Saturno oppositæ maxima detrimenta affert.

Mercurius.

MERCVRIVS si dominus genituræ fuerit, facit cordatos, ingeniosos, arcana artium scire cupientes. Quod si Veneri conciliatus sit, in propriis dignitatibus, facit etiam poetas & oratores; in Lunæ domibus fœcundos & familiaritate sermonis multitudini gratos. Si vero in Saturni dignitatibus, Veneri vel Ioui conciliatus fuerit, religionibus deditos, sacris præpositos, Astrologos, iustos, pios erga coniunctos, amicos fidos, nihilominus parcos: sed si his etiam Mars interponatur, dat magistratus; sed si à Saturno in nocturna genitura pulsetur, insidias, accusationes, popularem inuidiam & pericula decernit. Verum si Mars in septimo loco superexcellat maxime, ex propriis in alienas dignitates eleuabitur. Siq; Lunam luminibus plenam exceperit, publice comburetur aut suspenderetur.

Luna.

LVNA domina genituræ facit homines magno corde & bene compositos, stabiles, honoratos, ordinatos, honestos, multo cibo & pauco potu gaudentes. Proprie autem significat morbos serpentes, vt lepram & oculorum detrimenta, & cum male dispositæ fuerit, affligit vxores & filios ingratos. Luna propriam respiciens domum, & bene collocata negocii

Digitized by Google

godii effectum tribuit, & fortunam significat. Si male collocetur, contrarium.

SEXTVM MEMBRVM, DE Significationibus domini ascendentis in natiuitate.

Ex Albohali.

Dominvs Ascendentis in *prima* significat honorem nati inter propinquos & domesticos, ac natos suos.

Si in *secunda* ab ascendente, erit destructor substantiæ suæ, verum si fuerit receptus ibi, proficiet & lucrabitur.

In *tertia* vero cœli domo ab Horoscopo, significat quod habebit opes, fratres, & multum peregrinabitur.

In *quarta*, quod erit boni animi, & consequetur maxima bona ex parentibus.

In *quinta*, quod gaudet cum filiis, & habebit plures amicos.

In *sexta*, quod exercebitur maximis, plurimisque laboribus ac infirmitatibus.

In *septima*, quod erit contentiosus, iracundus, sequens mulierum voluntatem.

In *octaua*, quod erit fraudulentus, multæ tristitiæ, debilis animi.

In *nona*, quod multum peregrinabitur, & erit amator scientiarum.

In *decima*, quod erit semper cum regibus, & ex eis viuet.

In *vndecima*, quod erit bonis moribus præditus, & multos amicos, raros filios.

In *duodecima*, quod erit malæ vitæ, multos habebit inimicos.

Digitized by Google

SEPTIMVM MEMBRVM, DE coniunctionibus Lunæ cum Planetis.

Ex Albohall.

Cum Saturno.

Lvna quando fuerit in domo Saturni coniuncta vel applicans ei per aspectum, erit natus frigidæ complexionis, tristis, multum laboris & anxietatis habens in parandis victu opibusque, nisi Saturnus fuerit orientalis, tunc etiam affluent ei hæreditates, opes, noua ædificia multa.

Cum Ioue.

Lvna si fuerit in domo Iouis, eo vel ad eam respiciente vel præsente, significat, quod natus erit magni animi, & habebit amicitiam cum regibus, & erit religiosus & fortunatus, clarus & laudatus ab omnibus.

Cum Marte.

Lvna si fuerit in domo Martis, iuncta vel applicans ei, significat, quod natus erit audax & amator rixæ ac belli, eritque homo laborum peregrinationumq; patientissimus: & admiscebit se hominibus bellicosis, & erit fortunatus cum eis.

Cum Sole.

Quod si fuerit in domo Solis coniuncta ei, significat malignitatem substantiæ nati, & brevitatem vitæ eius, infirmitatum multitudinem: cum vero applicuerit Soli ex Trigono vel Sextili aspectu, significat, quod natus consequetur bonum ex altis hominibus, vel erit ex eorum numero, & fortunatus. Et quod de domino domus dixi, idem dico de domino exaltationis & termini.

Digitized by Google Cum

Cum Venere.

LVNA quando fuerit in domo Veneris coniuncta, vel applicans ei, significat, quod natus diliget gaudium, ludum, delectationem.

Cum Mercurio.

Et si fuerit in domo Mercurii commixta eidem vel corpore vel radiis, significat, quod natus erit callidus, ingeniosus, sapiens, peritus in iure hæreditatum, ac contentionibus, & consequetur fortunam & bonum ex eis.

OCTAVVM MEMBRVM, DE CONiunctionibus & aspectibus Planetarum, ad se inuicem in natiuitatibus, Auctore

SCHONERO.

De coniunctionibus Saturni & aliorum Planetarum.

SATVRNVS & IVPITER coniuncti in alicuius natiuitate natus habebit possessiones agrorum, opera regis & in his fidus, & honoratus erit, dummodo Mars non aspexerit eos.

SATVRNVS cum MARTE indicat natum fore mansuetum, sed tarde quod volet efficiet, & cum difficultate, præmorietur patri & matri suæ, & fratres eius adhuc citius è viuis discedent. (*Ego dico, quibus nascentibus coeunt Mars & Saturnus, mira callidate & simulandi dissimulandique artificio in omnes casus expedite eos armant, eique sunt efficaces, & fere tyranni.*)

SATVRNVS cum SOLE, patrimonii significat amissionem & laborem, & damnum in facultatibus acquirendis, & peius erit hoc in natali nocturno.

Quando rugiens Mars irascitur, & Saturnus suo con-

Digitized by Google

consensu iram promouet, Martis tunc necesse est, vt omnis virtus dometur.

Si fuerit SATVRNVS cum VENERE, copulabitur natus cum fascinatrice, nec habebit filios mares, coibit cum similibus, viduam aut degenerem aut anum vxorem ducet.

SATVRNVS cum MERCVRIO, natum efficit blæsum, vel malæ locutionis, vagabundum, inopem & in nullo se intromittentem.

SATVRNVS cum Luna à parentibus damna & corporis debilitatem dare solet, & si natale diurnum & fortunæ aspexerint, erit fortunatus & felix, maxime si Luna sit aucta lumine.

IVPITER & MARS dominium nato significant, dies enim erit, & nati nomen per diuersa loca expandetur, in militia prosperitatem habebit.

IVPITER cum SOLE significat bonorum inopiam, si autem fuerit orientalis, felicitatem & patris prosperitatem, & ex filiis gaudia.

IVPITER cum VENERE, significat natum in honore nutriri, & in delicijs, eritque dilectus à magnis viris atq; nobilibus, & ab his bonam fortunam habebit, similiter in coniuge & filiis.

IVPITER & MERCVRIVS clericum faciunt, aut legis interpretem, sensus perfecti, & rationis beneficium conferunt, ac forte is regis scriba futurus est.

IVPITER & LVNA augmentum census, diuitiarum atq; fortunæ significat nato venturum.

MARS & SOL patris citam mortem, patrimonii amissionem & census laborem in omnibus, & ignis combustionem sæpe minantur.

MARS & VENVS lites & damna mulieris causa, adulteria cum vilibus significant, si natale fuerit alicuius fœminæ, ea meretrix erit.

MARS

Digitized by Google

MARS & MERCVRIVS mendacem faciunt natum, ſed aſtutum & eloquentem, in agendis rebus feſtinum, bonum in foro patronum.

MARS cum LVNA vitæ paucitatem læſionemque ſignificat futuram nato, ac vulnus matri angustiaſque, ſi angularis erit, ac natus detrimenta ſentiet, & malæ mortis ſortietur exitum.

Coniunctio SOLIS & VENERIS, laudatum & bonæ famæ & populi amatorem ſignificat.

SOL & MERCVRIVS coniuncti, pium & ſenſatum ac ſapientem ſignificant natum futurum, inde exaltabitur & præficietur aliis, & domini ipſi benefacient.

SOL & LVNA naturam habent decernendi poteſtatem, cum communicant ſuarum virium poteſtatem, & eam ſumunt talem, qualem dominus loci coniunctionis eis decernit & conceſſerit. Itaque ab illo hoſpite pleruncq; dependet iudicium. Aſpiciendum itaq; eſt, in quorum domicilio, & in cuius finibus coniungantur.

Generaliter autem magnorũ virorum indicat appetere natũ conuerſationem, ſed eſũ vitæ paucitate.

VENVS & MERCVRIVS inclinant natum ad ludos & gaudia, diliget corporis ornatum, cantus & omnem munditiem, pulcher, recitator fabularum, ſed ex mulieribus damna ſentiet. Si ſub radiis fuerint coniuncti, caſtrabunt natum.

VENVS & LVNA, faſtum quendam ſignificant & formæ pulchritudinem, ſed non firmum in coniugio, diliget fœminas aliorum, & forte eius vxor adultera erit.

MERCVRIVS & LVNA, ſapientiam nati laudabilem ſignificant, eritq; magni nominis, ſed in omnibus inſtabilis.

Digitized by Google

De trino Saturni cum aliis.

SATVRNI trinus ad Iouem, si in opportunis genituræ locis fuerit, agrorum multitudinem domorumque decernit, ac templorum ædificationem. Et si Lunam aspexerit, inde laudem assequetur, & à regibus significat honorari, & copias cum magna felicitate decernit, præsertim si alter horum fuerit in domicilio suo constitutus, sed pro mensura genituræ. Nam & aliis procurationum officia decernit, aliis ex magnis hæreditatibus commoda, aliis lucra confert alieno labore quæsita, & hæc omnia incorrupta fide commendat. At si istis sic existentibus Mercurium aspiciant, magnarum ciuitatum demonstrat tractaturos officia, quibus hæc à regibus demandentur, sed nimis ex filiorum infortuniis laborabunt. At si Mars eos aspexerit, quæ de felicitate dicimus, minora contingent, ac latente eos pulsabit inuidia, vel quicquid boni decretum fuerit, inimicum testimonium Martis impugnabit.

SATVRNI ad Martem trinus, si in opportunis genituræ locis fuerint, ista radiatione coniuncti, & in his, in quibus alter eorum gaudeat, signis, vel suis finibus: Si non defuerit Iouis & Mercurii testimonium, maxima lucra & quotidiana, quæ sint incrementa decernit, ex quibus maxima sibi comparantes dignitatis insignia, imperiosi, potentes facti, & magnarum ciuitatum officia gubernantes, fratrum tamen mortem assidua varietate videbunt.

SATVRNI trinus ad Solem, vt diximus, in opportunis genituræ locis si fuerit, & in his, in quibus habuerint dignitates, vitæ insignia assidua dignitate largitur, & maximam gloriæ potestatem, famam bonam,

Digitized by Google

bonam nobilitatem q; conferunt, maxime ſi in maſculinis fuerint ſignis & natale diurnum. Si autem nocturna natiuitas, diſſipat patrimonium, ſed rurſus propria facit virtute conferri.

SATVRNI & VENERIS trinus, ſi fuerit in aliqua ſuarum dignitatum, & in opportunis genituræ locis diſcurrant, manſuetos indicant natos, pudicos, bonæ conuerſationis & famæ, & qui à vilibus perſonis inuidiæ labe pulſentur, ſed tarde facient eoſdem vxoribus copulari.

SATVRNI & MERCVRII trinus, ſi in ſuarum aliqua dignitate acciderit, & in opportunis genituræ locis, in rebus agendis doctum & ſapientem ſignat, bonum virum & eruditum, cordatum, ingenioſum, aptum ad diſciplinas capeſſendas, publicis præpoſitum computis, aut fiſcalibus rationibus, vel Regis ſcribam, aut conſiliarium, ex quibus magna nato conferantur ſubſidia facultatum, ſed hoc perpetuum ſic Mercurii ſtellam optime in duodecima collocari.

SATVRNI ad Lunam trigonus, ſi ſit in opportunis genituræ locis, & in aliqua dignitate, & Luna aucta curſu, vel luminibus, natos Regibus & potentibus viris ſemper bona commendatione inſinuat, & maxima gloriæ ac potentiæ decernit inſignia. Quæ ſi fuerit minuta luminibus, hæc minora præſtabit. Hæc autem in natali nocturno ſola in octaua domo feliciter collocata, magnæ felicitatis largitur augmenta. Ibidem vero in die, ſi Iupiter in prima fuerit, hæc eadem confert.

IVPITER ſi Marti fuerit trigonica radiatione coniunctus, & fuerit in locis non abiectis, & in quibus gaudeant partibus, ſignificant audacem, periculis ſe exponentem, patronum, prudentem, ho-

Digitized by Google

noris cupidum & victoriæ. Idem administrator rerum domini sui intrepidus erit, ob quæ consequetur maximæ dignitatis imperia, & quibus Regii honores crebris iudiciis conferentur, & magnæ licentiæ potestas.

Iupiter & Sol si trigona radiatione fuerint coniuncti, & sint in optatis genituræ locis, &c. maxima indicant nobilitatis insignia, prædiorum abundantiam, & gloriæ decus intimat, & vitam claro decorat honore, & filiorum gaudia largitur, & honoris augmentum decernit.

Iovis ad Venerem trigonus, & ambo in opportunis locis, &c. gratiam significat venustatis, bonis associat, & honestis viris amore coniungit, fidumq; consortis affectum demonstrat, patrimonii & dignitatis augmenta, quæ aut amicorum causa aut vxoris sibi merito conferentur.

Iovis & Mercvrii trigonus eo modo, quo diximus, ostendit ingeniosos, cordatos, intelligentes, acerrima ingenii potestate fulgentes, omnia negocia prospere exequentes, omnibus præpositos potentissimæ merito dignitatis, & qui semper ex suis actibus laudentur, & placeant, publicum officium tractantes, vel regios scribas, & qui cælestium siderum secreta apte cognoscant.

Iovis trigonus ad Lunam, eo modo, quo diximus, magnam nobilitatem dominiumque ac potestatem ostendit, & si sit aucta cursu & plena lumine, faciet claros, noticia nobilitatis ornatos, bonæ famæ testimonio pollentes, aliquos exercitibus præpositos, alios ciuitatibus, aliis prouinciæ demandantur, quæ pro mensura genituræ pensentur, & quorum fides præcipue præconio bonitatis ornetur.

Martis trinus ad Solem eo modo, quo diximus,

Digitized by Google

mus, maximæ poteſtatis & dignitatis decernit inſignia, præſertim ſi fuerit in nocturna genitura, & in trino dextro Solis, honoris inſignia & poteſtatis magnæ largitur. Si vero in alio trigoni latere hos Iupiter aſpexerit proſpera radiatione, & ſi fuerit in primis genituræ cardinibus poſitus, & ex bono loco his Lunæ acceſſerit radius, maximas adminiſtrationes decernit, cui magni committuntur exercitus, infinita dignitatum inſignia, quæ fortiora erunt, ſi Mars, Sol, & Iupiter ſint in maſculinis ſignis conſtituti.

MARTIS trinus ad Venerem, vt diximus, aſſidua lucra decernit, & proſperi matrimonii nuptias, & qui ſe grata honeſtate componant, ſed ſuperbiæ ſpiritu ſublevati plurima ſectantes matrimonia, quæ facilimis rationibus conſequentur, veſtium & ornatus oſtentatores, & ſorte publicum ſcortatorem, vel contra legem luxuriantem producent.

MARTIS & MERCVRII trigonus, vt prædicitur, nati animos & ſapientiam notat, computos & rationes publicas adminiſtrantes, cauſidicos optimos, & in his laudatos, & tales reddit, vt in omnibus negotiis proſperos ſemper conſequantur euentus, literarum officia ſecrete tractantes.

MARTIS & LVNÆ trinus, vt prædicitur, computos notat, & in his ſapiens erit, ſi natale nocturnum fuerit, & Luna aucta lumine, & omnia felicitatis ornamenta decernit, proſperos actus cum felicitate ſignificat, & quæ deſiderant facilimis rationibus conſequentur, quos ſi Iupiter bene aſpexerit, maximos honores, & maximæ decernunt dignitatis imperia & gloriam. Si vero Luna ſit diminuta lumine, corpus aſſidua ægritudinum continuatione debilitat.

SOLIS

Digitized by Google

Solis & Lvnæ trigonus, si in opportunis fuerit locis, &c. magna felicitatis decernit insignia, maxime si aliorum Planetarum fuerint opportuna radiatione adiuti, vitam claro decorant honore.

Veneris & Lvnæ trigonus, si in opportunis locis fuerit, & in his, in quibus gaudent partibus, & infelices non impediant; si sit Luna aucta luminibus in nocturna genitura, altissimæ potestatis decernit insignia, maximos actus, felix matrimonium filiosq; fratres insuper, & sorores, quos fido diliget semper affectu, & formam corporis egregiam quadam cum venustate futuram.

Mercvrii trigonus cum Luna si fuerit in opportunis locis, &c. bona omnia pro signorum qualitate decernit. Nam quibusdam orationis facundiam pollicetur, aliis præclaras artes, aliis dulcem musicæ sonum, aliis picturæ officium ac artificium tribuit, & tales, quos præclara artium magisteria semper extollunt, populi commendatione præclaros, armis etiam quibusdam alios negotiatores reddit, quæ omnia secundum signorum & Planetarum loca pensanda erunt.

De Tetragono Saturni ac aliorum ad alios.

Satvrnvs & Ivpiter si fuerint tetragona radiatione coniuncti, si superiore loco dextrum Saturni quadratum, Iupiter vero in sinistro istius quadrato fuerit, vitæ periculosa discrimina decernuntur, & patrimonii substantiam minuit, & omnia consilia sæpe peruertit, substantiam labefacit, actus impedit, & eorum mentes vanis animi dissensionibus semper perturbat, parentes impugnat vario semper genere contrarietatis. Si vero Iupiter superior

Digitized by Google

rior effectus, & dextrum poſſidens latus, Saturnum in ſiniſtro poſitum latere reſpexerit, præcedentium calamitatum infortunia mitigantur, & parentes aliquo ſplendore nobilitatis exaltat, & pro menſura genituræ nato quotidianæ vitæ neceſſaria decernuntur.

SATVRNI quadratus ad Martem, ſi Saturnus in dextro fuerit, & Mars in ſiniſtro quadrati, omnes nati actus impediet, & ab omni negotiorum officio reddet alienum, diuerſas valetudines, & mixtum caloribus frigus, horrida concuſſione corpus concutit, patrimonium diſſipat, ac fratrum mortem adducit. Si vero Mars ſuperior effectus Saturnum in ſiniſtro Tetragoni poſitum reſpexerit matri cito parit exitium & patri, ſed ad omnes actus proſperi conatus efficax ſtudium ſemper adducitur, & ſepoſita prioris malitiæ labe, non tamen deerit, quin natus paternam ſubſtantiam diſſipet & aſſidua contentione rurſus augeat, & à domeſticis vulnus indignæ famæ ſemper impingat.

SATVRNI & SOLIS quadratus, ſi Saturnus Solem in ſiniſtro poſitum, minaci radiatione reſpexerit, & Saturnus ſuperior fuerit, præcedentis generis inſignia ſemper debilitat, dignitatis iacturam cum atroci deiectione inducit. Corpus vero aſſidua neruorum contractione deformat, & hæc eadem labes nati parentes afficiet, & indicat patres nati ante obire mortem, quam matres, & ipſos natos ſæpe parentibus fore onuſtos, & nociuæ conuerſationis exitia, aduerſas etiam valetudines frigido humore concretas, actus omnes & patrimonii etiam ſubſtantiam infringit. Si vero Sol ſuperior effectus ſiniſtro Tetragono Saturni poſitum viderit, graues domeſticorum inimicitias ſemper inducit, & nun-

quam

Digitized by Google

quam patitur nati causas prosperos sortiri effectus, & prima ætate acerba inducit incommoda, & corpus diuersis valetudinibus semper debilitat.

SATVRNI quadratus ad Venerem, si dextram quadrati Saturnus possideat partem, & in sinistro Venerem positam minaci radiatione viderit, amissionem patrimonii, & graue paupertatis onus infligit, ac fœminis, vel vxori varia calamitatis exitia, & nullam largitur gratiam venustatis, spes nati frustratur. Si autem Venus superior in dextro Saturni fuerit, honestis & pudicis moribus decernit vxores, & quæ in domo mariti dominandi sibi vendicent potestatem, maritos semper incorrupto diligentes affectu, sed quæ amorem suum quadam dissimulatione celabunt.

SATVRNI quadratus ad Mercurium, si Saturnus superiorem possideat dextri partem quadrati, exitiale malum ab hora natalis decernit, consiliorum rationes impugnat, cogitq; natum alienæ potestati esse subiectum, inuidiæ labe pulsatum, & quorundam linguas impedit, aliquibus vocis blandum sonum largitur, alios obtusis auribus efficit surdos, nisi Mars testimonium illis iunctum fuerit, mitigatum felicium stellarum testimonio. Si vero Mercurius superior fuerit, & dextrum possidens latus Saturnum in sinistro positum respexerit, parum quidem boni decernit, sed aliquanto superioris quadrati mitigatur improbitas.

SATVRNI & LVNÆ quadratus, si Saturnus superior sit in dextro quadrati, & Luna in sinistro inferior, malitiosis humoribus nati corpus laxat, & animi motus pigra semper deiectione infringit, & ad nullos actus idoneos reddit, & contra matrem litigando maternam substantiam dissipat. Si vero Luna

Digitized by Google

na superior in dextro quadrato fuerit, matrem nati miſera morte proſternit, vel periculorum continuatione proſequitur, & ex humoribus malignis aduerſas indicit valetudines, matrimonii damna & iurgia cum vxore continuat, & amicorum gratiam tollit & populi.

Iovis & Martis quadratus, ſi Iupiter Marte elevatior ſit, nati munificentiam ſignificat, à Regibus honorati, negotiorum ipſius ſtabilitatem, & lucra ex his, filiis tamen & patrimonio nocet: ſi vero Mars in dextro quadrati ſuperior Ioue fuerit, ſignificat nato laborioſæ vitæ ſtatum, regum impedimenta, labores & litigia multa.

Iovis ad Solem quadratus, ſi Sol in dextro ſuperior fuerit, & Iouem in ſiniſtro quadraturæ poſitum, reſpexerit, patris quidem nobile genus indicat, ſed patrimonii laceratione; exibit à loco, in quo natus eſt, vicinis erit odio. Si vero Iupiter ſuperior fuerit, & Sol in Siniſtro, tam ipſe quam pater valde lucrabitur, & mirum in modum honorabitur præ cæteris.

Iovis quadratus ad Venerem: ſi Iupiter ſuperior effectus, dextram quadrati partem obtineat, & Venus in ſiniſtro poſita ipſum reſpexerit, vtilitatem ex parte mulieris nato denotat, fidelem indicat & ſtabilem in fide, & honeſtum: ſi vero Iupiter inferior Venere ſit, & in ſiniſtro Veneris quadrato, fornicatorem dicito, illecebris mulierum qui ſæpe fallatur, corporis ornamenta inquirens, & ſi quid gaudii ſuſceperit, mutata conditione illa, ſemper gaudia infringet.

Iovis Tetragonus ad Mercurium: ſi Iupiter in dextro ſuperior illo fuerit, nati ſapientiam indicat, qui

Digitized by Google

qui sortilegia sectabitur, Geometriam, Arithmeticam, & Astrologiam discet, bonæ erit vitæ, & plurima ex aliorum munificentia suscipiet: si vero Mercurius superior in dextro quadrati fuerit, multiplicabitur in seruis, bonum illi erit, & sua virtute dignitatem aliquam consequetur.

Iovis quadratus ad Lunam, si Iupiter in dextro superior fuerit, & sit natale nocturnum, natus erit boni nominis, & famæ, & honoratus. Si vero Luna superior fuerit, multa decernit felicitatis insignia, magnis Ducibus, & Regibus natum semper commendat; Sed hæc felicitas non semper perseuerat. Nam interdum patrimonii damna minatur, interdum minuit dignitatis insignia, pigrosque indicat natos.

Mars ad quadratum Solis, si Sol superior fuerit multa mala decernit, substantiam dissipat, affert infortunium, visum obscurat. At si Mars superior sit, peiora inditato. Sed in genitura diurna hæc fortius conualescunt, præsertim si iste aspectus fuerit ascendenti minaci radiatione coniunctus. Nam si Mars in occasu positus, vel in decima lumen Lunæ crescentis exceperit, tunc publica animaduersione plectetur. Idem in nocturna faciet genitura.

Martis quadratura ad Venerem, si Mars in decima fuerit, mulierum causa labores adducit. Si signum Martis mobile fuerit, erit natus instabilis in rebus agendis, ducet degenerem, vel meretricem, in natali fœminarũ, indicat meretrices. Si vero Venus in decima fuerit, ex his actibus verecundiam habebit, & celabit quæ mala conscientia perpetrauerat, & abscondet quidquid libidinibus nefariis fecerit.

Mars & Mercvrivs quadrati, si Mars in dextro superior fuerit, omnium malorum causa erit talis

Digitized by Google

talis configuratio, natum impugnat, & aduerſas indicat valetudines, cuſtodiis aut carceri mancipat, horrẽdarum accuſationum infligit diſcrimina, quæ mala fortiora fient in diurna genitura, in nocturna autem, ex parte aliqua mitigantur. Si vero Mercurius ſuperior fuerit, malos, malitioſos, callidos, dicito, peſſima mentis cupiditate armatos, ſimulatores, & diſſimulatores, alienæ natos cuſtodiæ tradit carceri, raptores, ſolliciti ſemper ſtationem quærentes, & cui peſtiferos morſus infligant, omne patrimonium & eorum ſubſtantiam ſua praua cupiditate quærentes.

MARTIS quadratus ad Lunam, ſi Mars in dextro ſuperior fuerit, matri viduitatem minatur, vel eam debilitatis viribus fluxu ſanguinis perimit, natus vero debilis vitæ erit, & paruæ ſubſtantiæ, eritque hoc mendicitatis, & malæ mortis iudicium. Si Mars in termino Saturni fuerit, & Luna in terminis Mercurii, vel Martis, eius anima, dum in corpore fuerit, malignis ſpiritibus dominandi tribuit poteſtatem. Si vero Luna ſuperior fuerit, ignobiles reddit, laborioſos, & ſuarum facultatum deſtructores, & ad nihil idoneos, matrem oſtendit abiecti generis, & inter alias calamitates malas & ſuperbas decernit vxores.

SOLIS Tetragonus ad Lunam, ſi ſit in angulo, Sol in quouis quadrato dat dignitates, & honores, & officii alicuius poteſtatem, ſi beneuolæ viderint eos ſtellæ, hæc maiora erunt. Si vero infelices ſtellæ aſpexerint, vitæ diſcrimina, & grandia infortuniorum pericula decernit. Si tamen in tali ſtatu Luna feratur luminibus plena ad Iouem, aut Iupiter coniunctionem Lunæ creſcentis exceperit, nobilitatis inſignia maxima cum inuidia decernit. Si autem fuerit Iouis

Digitized by Google

salutari præsidio destituta, fortius maleuolarum crescet improbitas.

VENERIS & MERCVRII quadratus, quanquã raro contingat, subtilis magisterii artificem, & hominem clarum facit, aut alicuius magnæ disciplinæ magistrum; sed fœminarum aut mulierum causa infamem reddit.

VENERIS quàdratus ad Lunam, si Luna superiorem possederit locum, & Venerem in sinistro positam viderit, maxima diuitiarum lucra, sed à fœminis damna portendit, aut infamiam. At si Venus superior fuerit, maxima felicitate beat natum, prosperitate in rebus agendis vitam decorat, & facto vxoris amorem reddit inuiolatum, filios largitur bonos, & plena lætitiæ commoda, sermonis facundiam, gratiamque, sed adulteras matres, honestas & morigeras natus sortietur vxores.

MERCVRII & LVNÆ quadratus, si Mercurius superior fuerit, sapientiæ ornamenta, facundiam, sed ex populari seditione discrimen quandoq; largitur, quem si male aspexerint stellæ infelices & Luna ex opposito Martem, aut Tetragono aspexerit, metuendum falsitatis crimen infligit, & comprehendi, aut in custodia poni, aut in carceres detrudi publicos, in vinculisque teneri facit. Si autem Luna superior fuerit, erunt instabiles, ita vt consilia animi sæpe peruertant.

De oppositione Saturni, & aliorum.

SATVRNVS & IVPITER oppositi, exitia rerum agendarum multa decernunt, filiorumq; casus acerbos. Quod si Saturnus in Horoscopo sit, & Iupiter in occasu, post grauia iuuentutis incommoda, vitæ finis cum prosperitate succedet, & commodis.

SATVR-

Digitized by Google

Saturni & Martis oppoſitus, grauia periculorũ diſcrimina, populares ſeditiones, & grauia vitæ pericula ſemper infligit, vulnera aut malæ mortis exitum ſæpe minatur, multas adducit ſolicitudines; & malis facit cõtrarietatibus implicari, aſſiduis ægritudinibus, & grauibus implicat laboribus, & domeſticarum inimicitiarum decernit incommoda, crebras ſeditionum tempeſtates apportat, & patrẽ eius, aut cita morte proſternit, aut grauibus implicat ægritudinibus. At ſi in aquoſis ſignis alter horum fuerit, grauibus ſubmerſos procellis naufragos reddit, aut maligno humore concreta peſtis fortes infligit calamitates. Si autem de duobus alter in ferino ſigno fuerit, à quadrupedibus, vel feris vitæ periculum afferet, aut veneno occidet. Si autẽ in ſigno quadrupedum animalium alter eorum fuerit, non ferino, natum graui ruinæ ponderẽ perimet, quæ fortiora erunt, ſi Iupiter eos non aſpexerit. Quod ſi Luna in cardinibus poſita ex quadrato reſpexerit hos, hæc grauiora contingent. Exilia enim ſæpe minatur, & publica ſupplicia. Ac ſi in quinta, vndecima, nona, vel tertia cõſtituti, diametraliter ſe aſpexerint, omnia proſperæ felicitatis incrementa reſtringunt. Et hæc infortunia medio vitæ tempore conualeſcunt. Si vero in deiectis aut pigris locis cõſtituti fuerint, minus nocebunt, ſed dolores, & egeſtates adducent. Quæ omnia Iouis aut Veneris proſperis radiationibus mitigantur, aut fere tolluntur.

Oppoſitus Saturni ad Solem, ſi Iupiter non bene aſpexerit, aut nato, aut patri laborioſæ vitæ pondus imponit, anguſtiaſque diurnas decernit, nonnullas aduerſas valetudines inducit, & malæ mortis exitum, ſubſtantiamque diſſipat, quæ grauiora erunt in nocte, & in fœmininis ſignis.

Diameter SATVRNI & VENERIS, fornicatorem natum fore significat, & non ducturum vxorem, quam si forte acceperit, aut degenerem, aut meretricem accipiet, aut infamem, & denegat omnem veneteæ gratiæ venustatem.

Diameter SATVRNI & MERCVRII, linguæ, sermonis impedimenta decernit. At si alter eorum in signis mutis fuerit, mutos indicat natos fore. Quod si Luna cum Mercurio fuerit, hæc valdiora fient, nisi Mars aspexerit, sed sapientiæ decernitur disciplina, matres in prima occidet ætate, & fratres à nato alienat, aut eos indicat longis peregrinationibus sæpe disiunctum iri.

Oppositus SATVRNI & LVNÆ, materna bona disperdit, matri dolores, vel labores, aut ægritudines ciet, nisi fortunæ mitigauerint, & in corpore facit matri aliquam maculam, vitam anxiam inducit, & miseriam. At si in signo quadrupedum fuerit eorum alter, ab animalibus damna minatur, in humanis ab hominibus, in aqueo humidas adducit valetudines, peregrinari cogit, & oculis talis oppositio nociua semper existit.

IOVIS & MARTIS diameter, vitæ inæqualitatem decernit, patrimonii dissipationem, amicorum odia, maxima periculorum discrimina, quæ ex temerariis actibus inferentur.

IOVIS & SOLIS oppositus, paternam substantiam lacerat, honores dignitatesq; labefactat, inferioribus cogit esse subiectos, hæc tamen omnia in nocturna genitura fortius inualescunt.

IOVIS & VENERIS diameter, omnem vitæ ordinem & promotiones frequenter impugnat, nec fidos amicorum decernit affectus, & illi, quibus aliquam beneficii gratiam aliquando contulerit, erũt

Digitized by Google

nato

pato ſemper ingrati, quibuſdam etiam dant felicitatis augmenta, & ſufficientis patrimonii, dignitates, & facultates. Quod ſi in finibus Veneris Iupiter fuerit, eius cupiditates proſperos ſortientur effectus. Sed circa affectus mulierum inſtabiles erunt.

Iovis & Mercvrii oppoſitus, eloquentes deſignat, metuendas populi ſeditiones inducit, & à popularibus iurgia, & potentibus viris mala inſinuat, fratres morte horrenda, aut ex variis ſimultatibus diſiungit, aut facit, vt parricidiali odio ſemper inter ſe depugnent.

Iovis diameter cum Luna, ſi ea ſit aucta luminibus, principalia dignitatum decernit inſignia, aut clara nobilitate decorat, & tales reddit, vt nunquam poſſint alienis poteſtatibus ſubiacere, virtutis gratia alienis poteſtatibus inſiſtentes. At ſi Luna fuerit minuta luminibus, nihil ex præcedentibus bonis elargitur, & infortuniorum decernit exitia. Et in nocturnis genituris fortius iſta apparebunt.

Martis ad Solem diameter in diuturna genitura, patrem miſera morte proſternit, oculis nocet, aut ex alto loco deiectos præcipitat natos, actus omnes etiam grauioribus implicat contrarietatibus: in nocturna autem genitura corpus nati debilitat, & diſſipato patrimonio perpetuam egeſtatem indicat.

Martis ad Venerem oppoſitus, in die variis implicat errorum vitiis, & aduerſas indicat valetudines, filios, & vxores impugnat. Quod ſi in tropicis fuerit ſignis, decernit ea, quæ de ipſorum quadrato diximus, ſi nullum his Iouis teſtimonium commodauerit, maxime in Cancro, vel Capricorno ſi fuerit.

Martis & Mercvrii oppoſitio, dat infortunia maxima, falſarios, malæ conſcientiæ viros, aſ-

Digitized by Google

sociatos malis hominibus, facinoribus semper oppressos, accusationes publicas iudiciorum, qui depositum abnegantes, & commodatum pudore soluto non reddant, ita quod ex his contra eos publicæ sententiæ proferantur, fiantq; de causis his exules, aut fugitiui, idque maxime si Mercurius in Saturni hospitio fuerit, sine Iouis testimonio.

MARTIS & LVNÆ diameter, oculis aduersatur, & periculis implicat grauioribus, modicæ vitæ reddit infantes, nec nuptias elargitur. Quod si aliarum stellarum decretis nuptiæ dentur, misera tamen morte prosternentur; quicumque sic nati fuerint, aut publice damnati necabuntur, præsertim si Luna fuerit aucta luminibus.

SOL & LVNA oppositi, vitam nati, substantiam, & omnia dignitatis insignia varia faciunt ratione mutari, paupertatem ex diuitiis afferunt, & in facie pallorem valetudinarium, vacuum corpus etiam misera contractione debilitant.

VENERIS & LVNÆ diameter, dat infelicitatem nuptiarum, filios denegat, aut misera morte prosternit, idem natus ab vxoribus iniurias patietur.

MERCVRIVS & LVNA oppositi, effrænem multitudinis impetum, & populares seditiones contra natos suscitant, ac animæ quoque & viribus eorum tristem semper trepidationem incutiunt.

Aspiciendum vltimo in hoc loco moneo, quibus cum stellis fixis, & etiam erraticis, cadat fortuna pars, & quomodo à septem Planetis aspiciatur: Nam plurimum confert ad natiuitatum iudicia, &c.

NONVM MEMBRVM, DE FORMA & colore, quæ Planetæ natis imprimunt.

EX CODICE VETVSTO.

Satur-

Digitized by Google

Saturnus.

SATVRNVS in ascendente facit homines nigros, & colore citrino, satis pilosos, & inhonesto vultu & delectabitur incedere male vestitus, & ambulans incedit grauiter & pigre, & raro vel nunquam rider, est iracundus, delectabitur agricultura, erit crassus mediocriter, & pilosus in pectore, & paruæ staturæ.

Iupiter.

IVPITER in ascendente, facit hominem pulchri vultus & aspectus, facie crassa, capillos planos, mediocres & pulchros, oculos candidos & bellos, & duos dentes anteriores maiores, & ambulat grauiter, facit hominem honestum, religiosum & pauci laboris, bonæ staturæ, erit nonnihil caluus in fronte, & nonnihil lentiginosus de macula subrufa.

Mars.

MARS in ascendente facit hominem album & rubeum, & in vultu aliqua granula rubea, & habebit raros pilos in barba, oculos paruos, dentes inæquales, homo est suspicax, & lætus de bona carne, & iusta persona, & capillos habebit satis raros, & planos, apparebuntq; tanquam rubri.

Sol.

SOL in ascendente facit hominem carnosum, pulchri vultus, oculos magnos, colore albo, commixto cum citrino, barbam plenam, pilis acutis, vocis grossæ, erit consiliarius magnorum virorum, & habebit aliquod officium à principe, & erit fidelis, sed suspicax.

Venus.

VENVS in ascendente facit hominem album & candidum in corpore, à facie vt mulierem, carnem mollem, oculos pulchros, ridentes & lõge pulcher-

Digitized by Google

rimos, capillos pulchros & extenſos, naſum aquilinum, & habebit aliquam notam, aut pulchrum ſignum in facie, & pulchra labia, & delectabitur in bonis ſonis, cantu, gemmiſque, & erit bene proportionatus & diſpoſitus.

Mercurius.

MERCVRIVS facit hominem mediocris ſtaturæ, longis manibus, & longis digitis, vocis ſubtilis, macilentum, curuum, oculis paruis, magnum naſum, pilos barbæ raros, capillos mediocriter extenſos, habebit ſignum in dentibus, erit ſolicitus, & fricabit terram, quando ambulabit, erit exiguo animo, & ſtatim & facile redibit ad ſe, erit ſcriptor aut Cancellarius, aut Litteratus, Muſicus, Arithmeticus, aut Aſtrologus vel Geometra.

Luna.

LVNA facit hominem rotundæ faciei, album cum aliqua macula, groſſam cutem, ſtaturam magnam, oculos eminentes foras, patietur aliquod malum, habebit barbam longam, erit craſſus & albus. Sed ingratus, & parum obſequii præſtabit, erit inſtabilis, nec firmus in vno propoſito, nec in vna re ſola, nec ſemper in vno loco.

DECIMVM MEMBRVM,

De proportione corporum.

EX GAVRICO.

Ratione ſignorum Zodiaci.

Ille, qui naſcitur in Scorpione, aut in Capricorno, aut in Piſcibus, erit homo paruus.

Ille qui naſcitur in principio Arietis, Tauri aut Leonis, erit homo craſſus, & in fine dictorum ſignorum macer.

Ille qui naſcitur in principio Geminorum, Scor-

pionis,

Digitized by Google

pionis, Sagittarii, erit macer, & in fine dictorum signorum crassus.

Ille qui nascitur in Tauro, Scorpione aut Piscibus, erit male proportionatus.

Ratione quatuor partium anni.

Ille qui nascitur in vere, erit boni coloris, & staturæ conuenientis, habebit pulchros oculos, & erit calidus, humidus & sanguineus.

Ille qui nascitur in æstate, erit homo corporis bene proportionati, habebit bonam staturam, oculos magnos, spissos capillos, erit calidus & siccus & iracundus.

Ille qui nascitur in autumno, erit flauus colore, mollis, macer, humeris largis, capillos habebit mediocres, oculos bene dispositos, subtilem vocem, erit frigidus & siccus.

Ille qui nascitur in hyeme, erit bonæ staturæ, bene proportionatus, habebit capillos planos & raros, erit frigidus & humidus, & melancholica complexione.

In corporum proportione forma & statura hæc considera.

Primo, Locum, in quo quis natus est, nam Afri sunt nigri.

Secundo, Signum ascendens.

Tertio, Dominum genituræ & signum eius.

Quarto, Lunam & signum eius.

Vltimo, Dominum Ascendentis.

Initia signorum augent longitudinem, sed fines diminuunt.

Digitized by Google

QVARTVM CAPVT SECVNDÆ PARTIS.

DE STELLIS FIXIS PRÆsertim regiis.

PTOLOMÆVS.

Magnæ felicitates in genitura conferuntur, cum à ſtellis fixis, tum ab interluniorum cardinibus, tum etiam à locis partis fortunæ & regni, cum Horoſcopus in eis repertus fuerit.

Alibi.

Stellæ fixæ non expectatas atq; admirabiles felicitates afferunt, quas tamen plerunq; calamitatibus inſigniunt, niſi & Planetæ ad felicitatē conueniant.

ALBVMASAR.

Stellæ fixæ dant dona grandia, & ex paupertate ſubleuant ad ſublimitatem eam, quam non faciunt ſeptem Planetæ.

GAVRICVS.

Pleiades ſeu Vergilias qui cum Luna horoſcopante habuerit magnus & clarus erit, quæ iuxta Ptolomæum Iouis ac Lunæ naturam imitantur, ſecundum alios, Martis.

Alibi.

Qui *Pleiades* in occiduo cardine habuerit à maleficis ſtellis percuſſas naufragus morietur. Quod ſi beneficæ etiam ſtellæ eo intuebuntur, nihilominus repentina illi mors ex nimio coitu, aut inter vina epulaſque portenditur.

Idem.

Si quis habuerit Lunam in *Pleiadibus* lumine vacuam,

Digitized by Google

cuam, à Marte aut Saturno hostiliter percussam, oculis capietur.

CARDANVS.

Cui ascenderit *cingulus Orionis*, is erit doctissimus, studiosissimus.

Idem.

Qui habuerit Lunam cum *Scorpii corde*, erit supra vires audax, in oculis aliquid præter aliorum formam habebit, periculis vitæ pluribus & fortibus subiicietur, & euadet magnus.

Cui ascenderint *Pleiades* cum Luna, erit ductor ille plurium, & morietur violenta causa.

Alibi.

Qui habuerit Lunam cum *Regulo*, erit fortis, sapiens & bene fortunatus in cunctis, & habebit potestatem gladii: hoc tamen pluribus ex regiis, etiam Pleiadibus commune est.

Idem.

Qui habuerit Solem & Lunam, in lactea via, aut cum stella nubilosa, non videbit mortem, antequam vitium aliquod in oculis patiatur: inseparabile, si in angulis.

Alibi.

Cui *caput Algol* infortunatur, accidet capitis periculum; si fortunabitur, acquiret gladii super homines potestatem.

Ex eodem.

Figuræ in cœlo fortes sunt: *Orion*, *Vrsa maior*, *Canis maior*, & *Leo*, & in temporum mutationibus *Auriga*.

Alibi.

Fomahand, nominis immortalitatem præstat. *Cor Scor-*

Digitized by Google

Scorpii cum luminaribus cruentam mortem, aut ex veneno repentinam.

STADIVS.

Stellæ regiæ luminaribus aut significatoribus permixtæ beneficis, decernunt maximam dignitatis & splendoris præstantiam.

Idem.

Eadem vel solæ præcipuos angulos possidentes efficiunt, sed nisi à beneficis sustententur grauissimo lapsu casura.

Alibi.

Quibus *Pelilitium* aut *Scorpii cor*, cum Luna aut Sole fuerit; illis violenta etiam & ferocia, sed discriminibus plena gradum & aditum ad honores aperiunt.

PONTANVS.

Stellæ fixæ in genituræ cardinibus, aut cum Sole & Luna partialiter inuentæ maximas facultates decernunt; & natum ita extollunt, vt & legionibus præficiant, & moderandis populis principem ac regem statuant, licet ipse sit humili loco natus, sed eius dona non durant tantum, quantum durant, quæ dant septem Planetæ.

IVNCTINVS.

Significatores intra distantiam ♈. grad. ante vel retro, iuncti stellis fixis regiis primæ vel secundæ magnitudinis, quæ parum distant ab Eclyptica, decernunt maximos honores & eximiam præstantiam dignitatis.

Tales

Digitized by Google

Tales ſtellæ ſunt:

Caput Meduſæ	*in*	21	♉	♉
Oculus Tauri		4	♊	♊
Hercules		18	♋	♋
Cor Leonis		23	♌ 50	♌
Spica Virginis		18	♍	♍
Luminoſior lanx Auſtr.		9	♎ 26	♎
Cor Scorpii		4	♏	♏
Lyra		8	♐ 40	♐

Harum loca ſupputata ſunt ex tabulis Prutenicis ad annum præſentem M. D. XCII.

MATERNVS:

Si *cor Scorpii* cum Luna bene collocatum fuerit, nati potentes erunt, & regum proximi, ſed mortem ex indignatione regum habebunt.

LEOVITIVS.

Vtrumq; luminare cum ſtellis violentis intra diſtantiam quinque graduum mortem violentam minatur.

Idem.

Cor Leonis cum ſignificatoribus morum magnanimitatem, & graues mores & generoſos addit.

Alibi.

Spica Virginis ſedulitatem & grauitatem ſuauitate temperatam. *Cor Scorpii*, item *Oculus Tauri* cum ſignificatoribus morum violentiam quandam & importunitatem morum portendunt.

De facultatum incremento ex ſtellis fixis.

Fidicula in ſecunda domo vel Ioui, vel Veneri, aut ſorti permixta immenſas promittit diuitias.

Digitized by Google

Dexter

Dexter humerus Orionis aut *Auriga* cum Ioue amplam fortunam & facultatum acceſſionem.

Spica Virginis cum parte fortunæ eadem denotat.

Arcturus cum Ioue diuitiarum affluentiam promittit.

Saturnus cum *Arcturo* rerum profligationem decernit.

Saturnus cum *Spica Virginis* mendicitatem minatur.

Gorgonium ſiue *caput Meduſæ* cum parte fortunæ diuitiarum confiſcationem aut rerum diſſipationem ſignificat.

Violentus exitus ex ſtellis fixis.

Hercules cum Marte, violentia graſſatorum: cum Saturno telo aut globo tormentario interimit.

Palilicium cum Saturno ſubmerſionis minatur pericula, vrinando, aut caſu: Idem cum Marte naufragio aut tempeſtate.

Mars cum *Orionis humero dextro* aſcendens calamitoſum exitum nati aut à fulmine, aut à bombarda percuſſi.

Cor Scorpii cum Luminaribus cruentam mortem, aut ex veneno repentinam.

Lucida hydræ cum Anareta venenum.

Lucida corona Gnoſia cum domino octauæ à locis perniciosis intoxicandum minatur.

Meduſæ caput cum luminaribus capite truncandos ſignificat.

Qui ſub *Pleiadibus* in occidente, & à maleuolis radiatis nati fuerint, naufragio peribunt. Quod ſi beneuolæ ſint cum maleuolis, & hunc eundem locum reſpexerint, aut ex Veneræa voluptate, aut ex nimio cibo inter epulas & pocula mors illis eueniet.

Aculeus

Digitized by Google

Aculeus Scorpii portionandum cum domino genituræ præſagit.

Pleiades cum Luna, ſi à Marte affligantur, ſeditione & inſaniâ vulgi opprimendos. Et tales plerunq; cæcutiunt.

Succula cum Saturno præcipites deuoluunt, aut lapidibus obruunt, cum multis clade generali peſſundatos.

Mars cum *Cane maiore*, & cum *Humero dextro Orionis*, horoſcopo occurrens, publicam lætitiam funeſtat, vel oblæſo in haſtiludiis aut haſtarum concurſu perempto aliquo.

Eadem Saturnus ex hoſtium inſidiis aut ſubito incurſu minatur.

Quibus *Delphin* culminat varia fortuna, & præcipiti fato aguntur: quibus deſcendit ſubmerſionem minatur.

FINIS SECVNDÆ PARTIS.

TER.

Digitized by Google

TERTIA PARS OPERIS ASTROLOGICI, RECITANS SPECIALEM iudicii Genethliaci Methodum.

EXPOSVIMVS *hactenus generalem ex astris diuinandi formam, eo potissimum animo, vt ordine discentes excitaremus ad Astrologiæ studium: nunc vero, qua industria de singulis, quæ Astrologorum permittuntur sagacitati, rebus in genesi oblata monere conueniat, diligentius explicabimus.*

Themate Cœli rite confirmato, quatuor potissimum inspicienda ac consideranda sunt.

I. *Cœli domicilium, ex quo sumitur significatio rei, de qua quæstio instituitur*; vt, ex prima domo petitur iudicium in genere de vita nati, valetudine, temperamento, moribus, & membrorum conformatione ac dispositione. Ex secunda de omnibus bonis mobilibus, de facultatibus diuitiisque omnibus, quæ industria ac labore, non autem hæreditate, acquiruntur. Ex tertia de fratribus ac sororibus eorumque concordia, & de hospitalitate nati ac itineribus breuioribus, &c.

II. *Na-*

Digitized by Google

II. *Natura signi seu asterismi, qui in Cuspidem domicilii propositi incidit, aut ibi modo rationalis videri incipitur.*

III. *Planeta domum vel corporibus suis occupantes, vel etiam radiis collustrantes, nec non domus illius gubernatores & consignificatores.*

IV. *Stellæ fixæ insigniores, præsertim Zodiaco vicinæ.*

Considerantur autem hæc quatuor in qualibet genesi dupliciter:

Primum per se. Deinde relatiue.

Per se, an bona sint cœli loca, an signa itidem non malæ rei habeant significationem, an Planetæ sint natura boni ac fortes, necnon bene in cœli Themate collocati, an vero mali, imbecilles, & male positi.

Relatiue: an domicilia, signa & Planetæ bonis bonorum, aut etiam mediocrium corporibus & radiis foueantur; an vero malis malorum aspectibus oppugnentur, vel corporali præsentia inficiantur? Item: qualis sit Planetarum, gubernatoris ac consignificatoris cum ad domum propositam, tum inter se configuratio?

His quatuor sic, vt dictum, consideratis, eruitur, quicquid ex Physicis rationibus in Themate proposito prænosci de futuris poterit.

Erunt autem huius tertiæ partis hæc capita:

I. De vita nati in genere, eiusque speciebus tribus.

II. De numero annorum, seu vitæ quantitate, aut periodo.

III. De temperamento & forma nati.

IV. De ingenio & moribus nati, quorum significatio, vt plurimum ex Mercurio & Luna dependet.

Digitized by Google

V. De parentibus.
VI. De fratribus & sororibus.
VII. De coniugio.
VIII. De liberis.
IX. De diuitiis & paupertate.
X. De hæreditatibus.
XI. De dignitatibus ac honoribus.
XII. De religione ac pietate.
XIII. De magisterio seu vitæ genere.
XIV. De peregrinationibus seu itinetibus.
XV. De amicis.
XVI. De inimicis.
XVII. De carceribus.
XIIX. De morbis.
XIX. De morte.

TERTIÆ PARTIS PRIMVM CAPVT, DE VITA NAti in genere, eiusque speciebus tribus.

IVdicii Genethliaci initium sumendum est à vita ac considerandum, vtrum etiam natus nutriri ac viuere possit. Ridiculum enim esset, velle de moribus nati, ingenio, diuitiis, & aliis accidentibus iudicare, antequam de vita certo constaret.

Ptolomæus *libr. 3. Συντελεσμάτων* ***triplicem vitam hominum constituit.*** Alios enim statim vita priuari dicit, postquam in hanc lucem sunt editi: alios vtcunque durare, ac superstites esse, sed iustam non attingere ætatem: alios vero iustam ætatem & vitam consequi, adq; senectutis annos peruenire.

Erunt itaq; species vitæ tres.

I. In ipso quasi primo exortu morientur, quibus do-

Digitized by Google

dominus genituræ extreme afflictus conspicitur, languentibus tum etiam luminaribus, & præcipue temporis.

Item, si ascendens & reliqua loca vitæ hostiliter à malis perturbantur.

Affirmat *Leopoldus*, mortuos hos nasci, in quorum partu Luna cum Marte in ascendente fuerit, Saturno in octaua domo constituto.

Breuissimo etiam tempore vitali aura fruuntur, quibus Saturnus, Mars, & Luna iunguntur. Vix mensis spacio viuunt, quibus ♂ in octaua collocatur, afflicto ascendente.

Albohali inquit, Luna in quarta domo, in □ vel ☍ malorum existente, difficilem partum & matri maxima pericula significari. *At notandum hic, Lunam afflictam semper matri plurimum obesse.*

Luna Soli vel coniuncta vel etiam opposita ὀλιγοχρονίους & afflicta valetudine facit natos & maxime omnium, si infausti radii malorum accedant. *Et licet ope fortunarum vel per benignum radium, vel præsentiam leniatur hoc malum, tamen non parum affert incommodi, & circa valetudinem, & in omnibus vitæ actionibus.*

II. Aliquantulum spacii conceditur, si ascendens infortunatur, saluo Almuthen.

Idem colligitur, si dominus natiuitatis cadit ab angulis, Luna infecta præsentia mali: si dominantes in locis hylegialibus, partim felices, partim infelices fuerint: Sed horum vitæ spacium directionibus iudicari potest.

III. Iustam vero ætatem consequuntur, quib: feliciter luminaria fulgent, quod non solum ad valetudinem & corporis robur, sed etiam ad elegantiã formæ spectat. Diu quoq; viuaces sunt, si dominus ascendentis, & ipsum ascendens liberantur ab

Digitized by Google

infaustis stellis: Item, si dominus natiuitatis fuerit fortis: Sol & Luna in suis domib. vel exaltationibus & in angulis, præsertim in medio cœli infelici bonorum aspectu, collocentur. Multorum quidem natiuitas non habet Hyleg. Si itaq; in eo casu Sol & Luna ascendens ex directione aspiciunt, eodem libero existente, eorum vita diutius elongatur. *De Sole & Luna notandum hic dictum Hermetis, qui ait: Sol & Luna post Deum, omnium viuentium sunt vita.*

Hali inquit: Astrologos in hoc concordare, quod si natus non habuerit Hyleg, sed aliqua fortunarum vel Veneris vel Iouis fuerit, vel in ascendente, vel in medio cœli, natum tunc viuere posse annos minores, si modo non impediatur ascendens, vel Luna, aut fortuna sit domina mortis.

Idem affirmat; nihil mali efficere, aut vitæ nati nocere maleuolos, vel in Horoscopo, vel in aliis cardinibus constitutos, aut amicis radiis loca illa fouentes, si in suis dignitatib. reperiantur. Nam infortunę sic affectæ fortunis propemodum sunt similes.

TERTIÆ PARTIS SECVNDVM CAPVT, DE NVmero annorum, seu vitę quantitate ac periodo.

Nvmervm annorum nati *Arabes*, si non alia ratione, experientia tamen edocti sumunt *primo ab Alcochoden*. Nam prout is fortis, mediocris & debilis in natiuitate apparet, ita vel maiores annos, medios aut minores ab *Alcochoden* attributos viuere natum posse autumant. Econtra si multum damna-

Digitized by Google

tur,

tur, vel mediocriter, vel parum, pro annis minoribus menses vel dies Planeta illum dare volunt.

Secundo, ab aſpicientibus Planetis. Nam Iuppiter & Venus felices ac fortunati, in ☌, ⚹ & △ cum *Alcochoden*, addunt annos minores annis *Alchochoden*. In □ vero vel ☍ illis nec addunt, nec inde auferunt, niſi fiat receptio ALCOCHODEN & aſpicientis. Vterque Planeta male affectus addit menses pro annis minoribus.

Sol & Luna felices in △ & ⚹ cum ALCOCHODEN addunt etiam annos minores. Infelices autem minuunt. Menſes & dies pro annis, ſi aſpiciunt mali, ſed cum receptione, addunt vt minimum. Mercurius in △ & ⚹ minores annos cum addentibus addit, cum minuentibus minuit.

Anni Planetarum.

	Maiores	*Medii*	*Minores.*
♄	57	43	20
♃	79	45	12
♂	66	40	15
☉	120	69	19
♀	82	45	8
☿	76	48	20
☽	108	66	25
Planeta	*Fortis*	*Mediocris*	*Debilis*

Tertio *obſeruarunt etiam Abſciſſores.* Nam Saturni & Martis, ☍, □, & ☌ demunt ex annis minores ſuos annos. Sic etiam corpus □, & ☍ Solis & Lunæ demunt, niſi fuerint ſignificatores: Conſtituunt etiam

Digitized by Google

abscissores (sed de hoc in directionibus) □ & ☍ ascendentis corda signorum ♌, ♏, & ♑, gradus sextæ, septimæ, octauæ, duodecimæ: Item dominum octauæ & duodecimæ; loca tenebrosa, atq; nebulosa, loca & gradus cometarum & eclipsium præcedentium natiuitatem. Interficit etiam ♄ Saturni & Martis in signis brevium ascensionum, præcipue si infortunati tunc fuerint. Similiter gradus quartæ domus inimicus habetur vitæ, si in aqueis, ac infortunatus fuerit. Pars item mortis nocet vitæ. *Obserua quod dicit Albohali.* Si *Alcochoden* est in suis dignitatibus, liber ab infortuniis & omni impedimento, in angulis dat suos annos maiores; in succedentibus autem felix, medios annos; in cadentibus, minores. Econtra in angulis infeliciter collocatus medios confert ad vitam. In succedentibus minores; in cadentibus male collocatus loco annorum dictorum menses.

Perpulchre autem *Pantanus* facit, dum non late vagans in cœlo, ab ipsis cardinibus vitæ & ætatum conditionem inquirit, prout vel mali vel afflicti apparent. Attribuit autem Horoscopo primam ætatem, sub qua sunt anni mutationis, hoc est, anni fere VII. à principio vitæ. Culmini autem mediam seu virilem ætatem: occasui senectutem adscribit; Imum cœli vitæ finem iudicat. Quare sic omnino hos angulos perlustrabis, vt quos dominos habeant, & qualiter affectos, quales item sint aspectus & positus tam stellarum fixarum, quam Planetarum diligenter obserues, recte omnia inter se collaturus. Nec reiiciendi sunt in hac collatione seu consideratione domini trigoni ascendentis. Nam & hos Arabes retinent.

Postremo cum à quibusdam non malis authoribus inæ-

Digitized by Google quales

quales anni vitæ certis Planetis attribuantur, qualem quisque se exhibeat obseruã, vt certam postea conditionem cæterorum annorum colligas. Attribuunt autem primos quatuor annos Lunæ: x. deinde Mercurio: VIII. Veneri: XIX. Soli: XV. Marti XII. Ioui. Quod reliquum est vitæ Saturnus sibi vendicat.

ALIVD IVDICIVM EX ALIIS QVIBVSdam codicibus collectum, de vitæ spatio ac termino.

Qui nascuntur nono, decimo & vndecimo mense, sunt viuacissimi: septimo viuaces: octauo minus; duodecimo minime viuaces.

Magnæ coniunctiones & eclipses ante omnia etiam considerandæ sunt, si præcise in tempus genituræ incidant aut subsequantur, & ascendens, decimam, septimam, & quartam domum, aut loca luminarium inficiant.

Deinde an in luminarium coniunctione & oppositione in hanc lucem sint editi. Ii enim raro sunt durabiles, nec ad iustam senectutem perueniunt, nec etiam prospera vruntur valetudine, multisque malis in tota vita sunt obnoxii: hi propter nimiam humiditatem, illi propter nimiam siccitatem.

Præterea considerandum, an Planetæ malefici cum altero luminarium secundum longitudinem aut latitudinem iungantur. Hi etiam raro iustam ætatem consequuntur.

Ex his & sequentibus in genere iudicatur de forti aut longa vita.

Ex Planeta, qui *Hyleg* est.

Ex Planeta præsidente Horoscopo, aut eorum obtinente.

Ex domino genituræ.

Ex Sole & Luna aut cuspide ascendentis.

Digitized by Google

His significatoribus, si sunt de numero beneficorum, in suis dignitatibus, non combusti, non obsessi, non malorum radiis læsi, sed à bonis Planetis bene affecti, vitam prorogant. Contrario modo affecti, decurtant.

Arabes ex *Hyleg & Alcochoden* annos vitæ eliciunt in specie.

Hyleg autem interpretantur vitæ dispositorem, *Alcochoden* annorum datorem. Et potest esse *Hyleg* absque *Alcochoden*.

Ab *Hyleg* accidentia nati in tota vita quæruntur, quantum attinet ad sanitatem & ægritudinem.

Alcochoden ostendit tempus, quod natus viuere debeat.

De vitæ spacio diuersæ sunt opiniones. Arabes eliciunt vitæ spacium ex *Alcochoden*, hoc est, dispositore loci *Hyleg*.

Ptolomæus ex directione *Hyleg* ad loca interficientia. Multi dirigunt ascendentis gradum secundum signorum ordinem ad loca interficientia, vt ad Planetas hostiles, vel eorum radios, ad Antiscia ad fines malorum Planetarum, vel dominum mortis, ad stellas fixas: & à multis approbatur postrema hæc directio, quod certior sit, & de vitæ spacio certius decernat, quam præcedentes: cui ego etiam subscribo.

Significationem mortis in Planeta dicitur habere:

I. Qui octauam domum possidet, aut eidem domui imperat.
II. Qui gubernatori octauæ domus iungitur.
III. Qui locum Planetæ, octauam domum possidentis, aut eidem dominantis disponit.

Digitized by Google

Sed

Sed ex his primus Planeta validior est; reliqui imbecilliores esse iudicantur.

Breuem vitam designat, si in angulis est alterum luminare, & vnus maleficorum coniungitur aut opponitur ei, & si gubernator luminarium est in maleficis locis.

Interfectores sunt: ☌, □, ☍, ☉, ♂, ☊: si lædunt ascendens aut HYLEG & ALCOCHODEN ex cardinibus.

✳ Saturni dexter & △ Martis sinister in signis longarum ascensionum æquiparantur malignis aspectibus. Sed ☌ & ☍ Solis & Lunæ etiam vim interficiendi habent. Quin & Lunæ directio ad horoscopi gradum interficit. Item: Antiscia malignorum Planetarum, & cor Leonis & Scorpii.

Directio ascendentis ad quartam domum sepulturæ contubernium, vitæ minatur pericula; si in domo quarta; est signum aqueum, & ipsa quoque infortunata.

Locus ecclipsis.

Cometa.

Si ascendentis directio prosiliet ex finibus maleficorum immedietate ad fines sequentes malorum, vitæ pericula minatur, vt ab vltima parte ♊ ex finibus ♄, ad ♋ initium, in quo fines sunt ♂, quod periculosius est, cùm sint hi termini proximi Tropico æstiuo.

Notabilis regula est: Quando directio horoscopi editi infantis est in termino malefici Planetæ, aut in termino domini mortis (ita tamen, vt ille sit in figura natiuitatis debilis, aut sub maligno aspectu Planetæ, qui vim interficiendi, & cum domino mortis [illegible]ationem habet) natus non nutrietur.

Duæ sunt viæ eligendi HYLEG, quarum altera est Ptolomæi, altera Arabum & communis.

Ptolomæus inquirit prius vitæ significatores, hoc modo:

Si nativitas fuerit diurna, & Sol constitutus fuerit in ascendente, decima, undecima, nona & septima, ipse erit vitæ significator.

Pari modo si nativitas fuerit nocturna, & Luna constituta in aliqua dictarum domorum, ipsa eligenda est pro significatrice vitæ.

Si neque Sol neque Luna fuerit in aliqua harum domorum; tunc si nativitas sit diurna, capiendus est Planeta, qui repertus fuerit in aliqua dictarum domorum, ac plures habuerit dignitates essentiales in ascendente, in loco ☉, atque in ♂ præcedente.

Si nativitas fuerit nocturna, capiendus Planeta est, qui plures habuerit dignitates in loco Lunæ, partis fortunæ, ac oppositione præcedente, qui etiam ut repertus sit in aliqua supra dictarum domorum necesse erit.

Si neque hoc modo inventus fuerit significator, tum accipiendus est gradus ascendentis, si diurna fuerit nativitas. Quem etiam assumito pari modo, si nativitas fuerit nocturna, & præcesserit coniunctio.

Sin præcesserit oppositio, partem assumito fortunæ, dummodo in aliqua supra dictarum domorum reperta fuerit.

His consideratis, si nullus inventus est significator; tum capiendus erit ultimo loco gradus ascendentis, qui vitæ significator erit. Atque is dirigendus est ad promissorum loca, & habebuntur anni quantitatis vitæ.

Sed Arabes primùm considerant, an nativitas sit diurna; an verò nocturna: deinde inquirunt significatorem vitæ.

In

Digitized by Google

In diurna natiuitate considerant

Primum Solem, quæsi fuerit in
- I. X. vel XI. *in quocunque signo, potestesse* HYLEG.
- VII. vel IX. *in signo masculino erit* HYLEG.

Deinde Lunam, quæsi fuerit in
- I. II. vel III. *in quocunque signo erit* HYLEG.
- IV. V. vel X. *in fœminino signo erit* HYLEG.

In nocturna considerant

Primum Lunam, quæsi fuerit in
- I. X. XI. vel XII. *in quolibet signo erit* HYLEG.
- II. III. IV. V. VI. *in signo fœminino erit* HYLEG.

Deinde Solem, quæsi fuerit in
- VII. VI. aut V. *in quolibet signo erit* HYLEG.
- I. vel II. *in signo masculino erit* HYLEG.

Si post has considerationes neq; ☉, neq; ☽ fuerit *Hyleg*; tunc inspiciendus est gradus coniunctionis vel oppositionis præcedentis, & ille si fuerit in angulo vel succedenti erit *Hyleg*: qui quidem si minimè repertus fuerit in loco idoneo, tunc vltimo sumendus est gradus ascendens.

Digitized by Google



Luna ſi fuerit combuſta non erit *Hyleg*.

Anni extrahuntur vel per directiones, vel per Alcochoden:

Pro Alcochoden ſic agito: ſumas Planetam aſpicientem bono aſpectu Hyleg, & in cuius loco habeat aliquam dignitatem. Hic Planeta ſi fuerit fortis, annos maiores; ſi mediocris mediocres; ſi debilis, annos minores dabit.

Animaduertendum eſt num etiam Alcochoden ſit combuſtus, quoniam tum loco annorum dabit dies.

Alcochoden item infortunabitur ab infortuniis, & à fortunis fortunabitur.

Gauricus & Cardanus affirmant, viuaciores eſſe, quibus Planetæ ſunt ſub terra, quàm quibus ſupra terram. Malefici enim cùm fuerint ſupra terram radios oppoſitos tranſmittunt infra terram, quibus obuiam aſcendens interficiunt. Infra terram corpus malefici non adeò perimit, nec aſpectus malus ſiniſter ad aſcendens peruenit.

TERTIÆ PARTIS TERTIVM CAPVT.

De Temperamento & Forma nati.

ASTRORVM *vim ingeneratam ſi nihil aliud probaret, ſola ſufficeret varietas, quæ tam in formis hominum, quam in temperamento deprehenditur. Quanquam autem ſemper certa leges ſuperiora agunt, tamen quia in continuo ſunt motu, neconon munus aſtrorum eſt, inferiora corpora formare, fit vt corpora & forma plurimum in homini-*

Digitized by Google

minibus, circa quorum naturas præcipuè superiora videntur occupata, diuersa reddantur. Quare monebimus quibus ex locis cœli hæc diuersitas colligi possit.

Primum itaque, quod ad temperamenti cognitionem debet obseruari, est signum ascendens. Nam illud corporis χρῶτιν & formam, vt in præcedentibus dictum est, efformat.

II.

Proximus est, qui consideretur, dominus genituræ. Nam hic multum momenti habet, & in corpore & in animo. Et quia plurimum tribuit Firmicus οἰκοδεσπότῃ, considerandus is erit diligenter, qualem formã corporis, & quale temperamentum efficiat.

III.

His omnibus diligenter consideratis, respiciendum est ad Planetas in Cardinibus & Horoscopo existentes. Nam & hoc præsenti negotio inseruiet. Considera autem, vt supra dictum est, an sint orientales, an occidentales. Item an in statione prima. Nam tunc & in flore vigent, & vegeta reddunt corpora.

Contrarium in statione secunda faciunt. Plurimum autem impeditur vis, si sint retrogradi.

IV.

Inprimis autem respiciamus ad Dominum corporaturæ, secundum doctrinam Pontani, quem dicit Dominum esse Horoscopi & Lunæ.

V.

Nec abs re erit, etiam temporis obseruare constitutionem, vere ne, an æstate sit natus.

VI.

Sed quia Luna corporibus secundum χρῶτιν plurimum imperat, quo pacto collocetur in genesi, discere

Digitized by Google

scere conuenit. Variant enim corpora, prout ipsa ad Solem sese habent. Nam à coniunctione ad primam quadram humida & calida est. A prima quadra ad oppositionem calida ac sicca: ab oppositione ad vltimam quadram frigida & sicca: deniq; ab vltima quadra ad coniunctionem, frigida & humida.

In forma corporis prædicenda primum respicito ad signum exoriens, & orientis ALMVTHEN. Nam decentem membrorum compositionem habent ii, quibus ♌, ♍, ♎ & ♐. Item partes priores ♈, ♉, ♌. Et posteriores ♊, ♍ & ♐, oriuntur.

Contra indecentem & distortam faciunt, ♑, ♒ & ♓, si occupant horoscopum. Item priores partes ♊, ♍, ♐, posteriores verò ♈, ♉, ♓.

De crassitie, aut tenuitate corporum hæc notentur.

Obesa & pinguia faciunt corpora priores medietates ♈, ♉ & ♌. *Macilenta* verò posteriores eorundem medietates. ♐, verò ♊ & ♎, priores xv. gradus corpora efficiunt gracilia ac debilia. Posteriores verò *crassiora & robustiora.*

Poteris & formæ elegantiam colligere ex cognitione temperamenti.

Nam pulchra sunt sanguinea corpora, mediocris pulchritudinis phlegmatica & cholerica; deformia verò melancholica. Et quia in elegantia seu pulchritudine corporis, statura quoq; eiusdem considerabitur, poteris & hanc ex genesi cognoscere.

I. *Ratione complexionis*; Sicca enim & calida corpora minimè euehuntur ad staturæ proceritatem: Mediocria sunt & crassa Phlegmatica; Sanguinea autem

Digitized by Google

autem & mediocriter calida laudabilem staturam & proceram adipiscuntur.

II. *Ratione signi ascendentis.*

Nam signum oblique ascendens breuem facit staturam, ac eo magis, si significatores corporis sunt occidentales & combusti. Mediocria fiunt corpora, ♊, & ♎, ascendentibus. Proceram staturam inducunt corporibus signa recte ascendentia, & si domini corporaturæ sint ♄, ♀, & ♂.

Colorem ex domino horæ scisciture.

Nam Saturnus pallorem facit. ♄ nigredine tingit corpora orientalis: sed occidentalis albedine. ♀ albedinem gratam inducit, ☉ vero fuscedinem. ♂ rubore inficit. ☿ flauedinem adiicit. Luna albedinem maculosam. Ad Planetas iunge etiam Trigonorum tincturam. Nam igneus trigonus rufum facit colorem cum nigredine; terreus obscurum; aqueus & aereus claritatem, luciditatem & pulchritudinem amœnam.

TERTIÆ PARTIS QVARTVM CAPVT,

DE INGENIO ET MORIBVS NAti, quorum præcipui significatores sunt, Mercurius & Luna.

TRia præcipuum Astrologi loca in cœlo ad iudicandum de ingenio vel moribus nati sibi eligunt.

I. Mercurii locum, II. Lunæ, III. Signum ascendens.

His adiungunt Planetas, in hisce locis imperium habentes.

Quod autem Mercurio hæc pars, quam mentem vel

Digitized by Google

vel ingenium, aut etiam rationem appellant, attribuitur; fit, propter Planetæ illius naturam variam, qua ratione & varios in animis hominum creditur efficere motus; & regi ac gubernari rationem à cœlesti causa, ratio hæc est, quòd ipsa diuinum quiddam & cœleste præ se ferat. Nam nullis affligitur nec instrumentis, nec partibus corporis.

I. DE MERCVRII LOCO.

Iudicaturus itaque de moribus & ingenio nati, aspice primo Mercurium in natiuitate, & vide fortunæ & occidentalis à Sole sit, & non combustus (nisi in ♈, & ♎,) *nec in angulis retrogradus.*

Nam sic repertus, pollicetur nato mentem atq; animum libetalem, honestum, virtutibus ornatum, aptum disciplinis & egregiis moribus, præsertim si bonorum felicibus aspectibus stipatur. His si orientalis fuerit, nullis inuolutus impedimentis, sapientiam confert, & agiles manus & claros propter egregia opera producit, præcipuè si Lunam fauentem habeat, aut si feliciter in Lunæ domicilio constituatur. Quòd si deiectum afflictumque deprehenderis, confusum animum, monstrosum atque malum suspicare.

Postquam autem, vt dixi, Mercurium benè contemplatus fueris, vide in quibus sit signis, an in mobilibus, fixis aut communibus, humana vel bestiali forma insignitis.

In *mobilibus* inquietos facit, multis sese negociis offerentes, instabiles, gloriæ auidos, acutos, ingeniosos, astronomos, pios, amicis vtiles, itinera amantes.

In *fixis* constantes, morosos, pertinaces in opinionibus, quietos, honestos, frugales, sibi confidentes, flagitiosos, duros, historiarum studiosos.

In *communibus* simulatores, ficta pietatis.

In

Digitized by Google

In *bestialibus* agrestes, solitarios, inhumanos, fugientes conuersationes.

In *humanis* contrarium facit.

Similiter quid in signis Zodiaci singulis conferat ingenium, vide.

In ♈ enim ac ♐ vitiis contaminat mentes, contentiosos facit, indomitos, homicidas, malitiosos, impios, perfidos, praua sodalitia amantes. Ac omnium pessimè agitur cum Mercurio, si □ vel ☌, Martis, in dictis signis antecesserit.

In ☊ noctu existens, depravatos, stolidos, & vitiosè viuentes reddit. In die autem animum addit ac fortitudinem.

In ♑ humilem atque deiectum animum notat.

In ♉ luxui deditos facit, cultu, rebusq; preciosis gaudentes.

In reliquis signis, vt in ♉, ♊, ♍, ♎, ♏, & ♒, optimè collocatur, & secundum naturam domini signi afficit mentem.

In ♊, ♉, ♎, liberales & honestos facit. In ♍, ♏, & ♒, augures & Astrologos, Philosophos, arcana inquirentes, metallarios, Alchymistas, & studiis aptissimos.

In Saturni signo repertus & in felici eiusdem radio, egregia facit ingenia, leuitate non facilè ab honestis studiis atque propositis discedentia.

In Martis verò domicilio, & præcipuè ♏ acutos facit, animi contentione multum præstantes.

Postremò, configuratienes Planetarum cum Mercurio examinabis.

Nam vt plurimum hoc in ingeniis elucere facit, quod Planeta, cui iungitur, aut à quo aspicitur, de

Digitized by Google

natura significat. Penitus enim illorum naturam assumit, cum quibus congreditur, vt

Saturno vnitus MERCVRIVS, obstinatos, tristes, & dissimulatores facit.

Ioui accedens, legum peritos, & valde prudentes.

Marti iunctus, multum audaces, callidos, mendaces, ac semper vitio aliquo infames, & ad prava facinora pronos reddit: quod malum augetur, si tunc □ Saturni accedit.

Si Solis corpori affigitur Mercurius, pios efficit, supputatores & varia cogitantes.

Si cum ♀ iunctus, iucundos facit, constantes in periculis, amatores, & semper occultis libidinum facibus agitatos, amantes res ludicras.

Si Lunæ iungitur, claros reddit, cordatos, aliquo modo mendaces, instabiles, si non accesserit Iouis radius, sed infortunatur à ♄ vel ♂.

Vbi non coniunctum cum aliis Mercurium conspexeris, ad aspectus te confer.

MERCVRIVS in ⚹ vel △ Saturni in bonis locis genituræ, ingeniosissimos & cordatos efficit, ac dat matura consilia.

In ⚹ vel △ Iouis facit eadem, quæ in coniunctione.

In ⚹ vel △ Martis sapientes, prosperos, magnanimos in periculis, nec ociosos.

In ⚹ vel △ Lunæ pro signorum varietate alias oratores facit; alias Musicos, eruditos, atque pictores.

In □ Saturni dextro exitia & consiliorum perturbationes: melius collocatur in sinistro.

In

Digitized by Google

In □ Iouis eadem, quæ in coniunctione: si tamen in sinistro collocatur, negligentes facit & oscitantes in suis commodis.

In □ Martis pessima dat vitia & summas etiam perturbationes.

In □ Lunæ affabiles facit, facundos, in diurna tamen natiuitate instabiles.

In ☌ Saturni superbos facit, & quæ in □.

In ☌ Iouis studiosos, oratores, sed multum seditiosos, impios in fratres & cognatos.

In ☌ Martis malas conscientias, imprudentes, perituros, non reddentes depositum.

In ☌ Lunæ execrabiles populo, ac parum rectè cum aliis versantes.

Et quia non parum variat natura Planetæ, secundum loca genitura, quid in hisce præstet ☿, obseruabis.

In domo *prima* de die feliciter collocatus, ingeniosos facit & Philosophos, Grammaticos, Geometras, Theologos & Oratores. In nocte grauitate morum ornatos.

In *secunda*, si Occidentalis reperitur, sceleratos facit & obscuros; si in die, anxios curis, multa inquirentes propriis laboribus. Locus hic Mercurio valde noxius.

In *tertia*, ea quæ in prima facit, & admodum est locus ille amicus & conueniens Mercurio, quia studiis est addictus, & excitatur eius vis præsentia Mercurii.

In *quarta*, eadem illa pronunciabis.

In *quinta*, auri absconsores, prouidos, elegantibus moribus ornatos. Occidentalis autem prodigos facit, Mathematicos & athletas.

Digitized by Google

Locus *sexta* cum octauo conuenit, delatores enim facit, aliorum malis gaudentes, impios in cognatos, & studiosos omnis generis venationum.

In *septima* libidinosos, in die tamen ingenium addit & varias artes.

In *octaua* stolidos facit, tardos, & pessimè ibi collocatur in domo Saturni, & eius malis aspectibus.

In *nona* eadem, quæ in tertia, sed quos futurorum delectat cognitio: si Occidentalis, Medicos, aurifabros, & industrios in aliqua arte facit.

In *decima* felicissimè collocatur, si Orientalis & in suis dignitatibus reperitur. Diuinum enim facit ingenium, & omnibus artibus & negociis aptum.

In *vndecima* non inferior est bonitate: Principum enim negotiis tales, qui sic habent Mercurium, sunt aptissimi.

Locus *duodecimæ* omnibus Planetis, excepto Mercurio, inuisus est. Is enim ibi repertus eadem, quæ & in aliis locis conuenientibus, efficit.

II. DE LVNÆ LOCO.

Proximo post Mercurium loco Lunæ habetur ratio in iudicio de ingenio & moribus nati, idque hanc ob causam, quòd hæc corpori potissimum præest & humoribus.

Quare feliciter reperta in genesi, Mercurii conatus valde promouet, & omnium maximè, si prosperè configuratur illi conuenientibus in signis aut genituræ locis. Tali enim societati quicquid est in corpore ingenioque, quod (teste Galeno) humores sunt, id totum ☿ subiicit.

Sic autem Lunam in genesi aspicito, & quid cum Mercurii significatu simile habeat vel contrarium obserua to.

De

Digitized by Google

De Lunæ significatis in duodecim signis.

Lvna in ♈ audaces facit, valentes ingenio.

In ♉ bene moratos.

In ♊ industrios ad omnes actiones & scientias, sed temerarios.

In ♋ amabiles.

In ♌ superbos, insolentes.

In ♍ tristes, anxios, varios animi discursus.

In ♎ iocis deditos, voluptuarios, Musicos.

In ♏ malè collocatur, & nimia audacia damnat natum, præcipuè si congreditur cum corde ♇.

In ♐ bonos facit, tranquillos, tardos.

In ♑ ornatu gaudentes.

In ♒ vagos, profugos, inconstantes, venatores, piscatores.

In ♓ inertes & venatores.

De configurationibus Lunæ cum Planetis.

Lvna congrediens cum Saturno, si infeliciter collocatur, animi motus perturbat.

Cum Ioue prudentem ac politicum hominem.

Cum Marte singulares conatus & sibi noxios facit.

Cum Venere adulteros.

Cum Mercurio benè collocatur aucta lumine. Minuta facit mendaces, & melius per aspectum, quàm per corpus collocatur cum Mercurio.

□ Saturni & Lunæ. Item □ Martis & Lunæ faciunt turbidum animum & flagitiosum. Et si Luna in

Digitized by Google

termino Martis collocata, eius deinde aspectum □ excipit, dæmoniacos facit.

□ Veneris & Lunæ infames amores, & pericula à mulieribus.

□ Mercurii & Lunæ, si Mercurius diurnus fuerit, sapientes, facundos. Sed si Luna diurna, inconstantes.

Luna oppositа Ioui constantes & honestos. Mercurio oppósita seditiosos.

△ Iouis & Lunæ honestos & probos facit.

△ Veneris & Lunæ castos in coniugio.

△ Mercurii & Lunæ acutos, facundos oratores & mercatores.

Imprimis autem bonam operam præstitit Firmicus, qui Lunæ applicationes atque defluxus ad Planetas annotauit. Quare breuiter, quæ præsenti negotio inseruiunt, ex eo describam.

LVNA igitur applicans vel accedens *Saturno* ac lumine crescens facit religiosos.

Minuta verò lumine, vitiosos.

Ioui applicans & aucta lumine, vates futura singulari solertia præsagientes & afflatos numine.

Marti crescens lumine callidos, periculis expositos, rebus bellicis operam impendentes.

Soli valetudines seu morbos affert.

Veneri, crescens lumine, libidinosos, incontinentes, adulteros.

Mercurio, si fuerit lumine plena faciet cordatos, ingeniosos, oratores summa eloquentia nobilitate fulgentes: præsertim si sit Mercurius orientalis in bonis locis, & eum Iupiter in trigono aspexerit. Si Luna deficiat lumine malignos, sceleratos, instabiles in cupiditatibus, &c.

LVNA

Digitized by Google

LVNA *defluens à* SATVRNO *ad*

Iouem, & lumine crescens, claros, gubernatores. Minuta verò, naucleros.

Martem, artibus absconditis deditos & laboriosos.

Solem, insanos, & multis morbis obnoxios.

Venerem, libidinosos: ac magis, minuta lumine.

Mercurium, absconditos, secreti continentes, Astronomiæ ac cœli peritos, medicos: sed minuta lumine valetudinarios facit.

LVNA *defluens à* IOVE *ad*

Martem, clara lumine, artes exigne, præcipuè, si in diurnis genituræ locis. Si nocte hoc fit milites facit, athletas, medicos, chirurgos.

Solem, errabundos, exules, fugitiuos.

Venerem, felices in coniugio.

Mercurium, æquos iudices, legum gnaros, minuta lumine, malè quærentes diuitias.

Saturnum, amantes itinera.

LVNA *defluens à* MARTE *ad*

Solem, infelices facit, citò obituros.

Venerem, libidinosos, adulteros, amatores, pictores, metallarios.

Mercurium, milites, athletas, malitiosos, & si minuta lumine, graffatores & latrones.

Saturnum, pigros, tardos.

Iouem, glorioſos milites.

Digitized by Google

LVNA *defluens à* SOLE *ad*

Venerem, impuros, ac parum rectè suos amantes; in nocte, gratos magistratibus.

Mercurium, de die, malos mores, sacrilegos & impios facit, nocte tabellarios; & si is aspiciet Lunam, Philosophos faciet, & res abstrusas inquirentes.

Saturnum, cum periculo iter facientes.

Iouem, de nocte, similiter.

Martem, in nocte, violentos, crudeles, facinora periculosa committentes, athletas, glorioſos. In genituræ deiectis locis, ferrum & artes igne tractantes facit.

LVNA *defluens à* VENERE *ad*

Mercurium, tinctores, aromatarios, armorum inuentores, musicos celebres, medicos, libidinosos, sculptores, pharmacopolas.

Saturnum, in die, pessimas libidines excitat, hortulanos facit, *funditores*, tractantes sordida & vilia. Signorum tamen loca, in quibus fit hic defluxus considera.

Iouem, venustos & gratos; minuta lumine honoratos in templis.

Martem, artificiosos; in nocte & callidos facit.

Solem, impuros & libidinosos.

LVNA

Digitized by Google

Saturnum, computatores, negociatores, multum peregrinantes, secreta cœlestia inquirentes: in nocte, clara lumine laboriosissimis negociis inuoluit: in die minuta lumine mente corruptos facit.

Iouem, in aula versari facit: minuta lumine fœneratores atque abscondita inquirentes & inuenientes.

LVNA *defluens à* MERCVRIO *ad*

Martem, clara lumine, in die, irreligiosos, periuros, fallaces, fures, sacrilegos, homicidas, latrones: & pessimus est iste defluxus. Minuta lumine, carnifices, tortores, milites arma astu tractantes. Et si in tropicis signis vel coniungitur, vel fertur ad Martem, sordidas artes manuarias significat. Si in signis Veneris, pictores, tinctores. Si in Mercurialibus, amatores armorum, in Martialibus, tribunos, & Magistratus publicos. In Saturninis, tortores, carnifices, delatores, venatores, negociatores cum pecudibus, agricolas.

III. DE SIGNO.

Tertium quod considerandum est in iudicio de ingenio nati, est signum ascendens, cui signa, in quibus significatores Mercurius & Luna collocati reperiuntur, addi possunt. Horum natura diligenter examinanda est.

Felicium ingeniorum sunt signa Saturnina & Mercurialia. Ingenia ad naturæ inquisitionem & Mathematum studia apta largiuntur ♑ & ♒. Omnium disciplinarum, & maxime Arithmetices capacia ingenia dant ♊, & ♍, quæ cum ♎ & eloquentiæ signa sunt, in quibus optime collocatur Mercurius. *Tropica* signa seu *mobilia* varios mores significant

Digitized by Google

cant & inconstantes. *Fixa* mores placidos, & homines iustos, tolerantes morborum ac vere melancholicos. *Media* medium quiddam denotant. Sic vitiosa signa vitium in moribus indicant. Luxuriosa incontinentiam. Iracundiæ signa irritabiles minantur & contentiosos. Sic humana signa humanos, & Iouiales significant. Quibus vero à feris sunt nomina, immanes significant, inhospitales, austeros, rigidos, agrestibus & inconditis præditos moribus.

IV. DE ALMVTHEN.

Deniq;, his significatoribus adiungendi sunt Almuthen Mercurii, Lunæ & ascendentis; ac considerandum, quibus inuicem configurentur radiis.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus collectum.

De Ingenio.

I. *Mercurius & Luna*, coniuncti in quocunque signo ingeniosos faciunt.

II. *Mercurius & Luna*, vel ⚹ vel △ radio se intuentes idem largiuntur.

III. □ *Mercurii & Lunæ*, ingenium confert turbidum & minus sagax.

IV. *Mercurius* saluus, hoc est, non læsus partiliter à maleficis, præsertim Marte, & in ♒ velox, cum ♌ etiam ingeniosos reddit.

V. Idē facit *Mercurius* in prima domo, nisi sit in ♉.

VI. *Mercurius*, in domo sua & in angulis, idem.

VII. *Mercurius*, receptus à Luna ex domicilio vel exaltatione sua, dat idem.

VIII. Idem *Mercurius* in ♈, receptus à Marte.

IX. *Luna* in nodis facit homines bono ingenio.

Digitized by Google

Vniuersaliter autem fiunt præstantia ingenia, cum plures Planetæ in trigono aerio constituuntur, vt sunt ♊, ♎, ♒.

Mercurius peregrinus aut cadens, combustus, retrogradus, aut Marti coniunctus, stupidum ingenium designat.

TERTIÆ PARTIS QVINTVM CAPVT.

De Parentibus.

DE parentibus vaticinaturus ad quartam domum respiciat. Hæc enim parentes, patrimonia, fundos & res paternas sibi vendicat. Ex Planetis autem de die *Sol patrem ostendit*; Saturnus vero, de nocte. Additur his Planeta, qui in quarta existit. Alii etiam considerant gradum præcedentis coniunctionis.

Matris vero loca sunt: decima domus. Deinde Luna de die. Venus de nocte. His additur Planeta, qui in decima reperitur & gradus oppositionis præcedētis. His à nonnullis adiiciuntur partes patris vel matris.

Partem patris sumes à Sole in Saturnum, & proiicies ab ascendente, si fuerit diurna natiuitas. Si nocturna, fac contrarium. Sed si Saturnus Soli coniunctus fuerit, tunc à Sole in Iouem distantiam scrutare, proficiendo eam ab ascendente de die, de nocte contra.

Pars matris de die à Venere in Lunam habita distantia sumitur, & proiicitur ab ascendente: in nocte contra.

Facile igitur his diligenter inspectis, quid de parentibus sentiendum sit, deprehendi poterit, ac verius, si primogeniti natiuitas offertur.

Digitized by Google

Clari

Clari Parentes.

Claros parentes indicant significatores, aut maior illorum pars in suis nobilioribus locis, in bonorum consortio, à Sole vel à Luna benigne recepti, aut cum illis felicibus radiis configurati. Idem iudicabis, si Iupiter quartam & reliqua loca sub sua potestate habuerit, Sole ad medii cœli cardinem accedente in suis dignitatibus. Contrarium pronunciabis, si dominum quartæ & reliquos significatores cadentes ab angulis, in nullis bonorum aspectibus deprehenderis; si priuati suis dignitatibus etiam affligantur à malis: si nec recte sese ad luminaria habent, vt si Venus post Solem oritur, aut Saturnus post Lunam: si pestiferæ stellæ fixæ, ac malefici Planetæ in quarta.

Atque obseruandum, quod Mars in quarta, vel eidem imperans, nec feliciter collocatus aut associatus cæteris semper duram parentum conditionem reddit, mortem etiam immaturam affert, si vel ipse sese male habet, vel aspectu □ aut ☍ inspicitur.

Simile ostendunt Venus & Saturnus male coniuncti aut positi; Nam si felices fuerint, bonam fortunam afferunt parentibus.

Mala minantur Sol & Saturnus in cardinibus coniuncti sine receptione. Item gradus coniunctionis, si occupatur ab infortuniis, aut aspectu affligitur.

Amor parentum.

Amorem parentis conciliabit *Almuthen parentis*, si cum ascendente vel eius domino bene consociatus erit, aut bene cum Almuthen natiuitatis congrediatur, aut eius benignos radios accipiet.

Alienus animus parentum.

Alienum à nato parentum animum, indicant si-

Digitized by Google gnifi-

gnificatores patris, vt si Sol de die in locis vel terminis Martis fuerit, aut Luna in potestate Saturni: luminaribus hostiliter tunc occurrentibus.

Item: si male configurantur dominus ascendentis & dominus quartæ domus, ac magis, si nullis dignitatibus potiuntur: Et si parentum significatores & præcipue Sol & Luna extra suas dignitates cadant ab angulis, aut malis aspectibus cum domino ascendentis configurentur.

Item, si in quarta malæ constellationes concurrant, domino nec succurrente, nec bene constituto; odia, exhæredationes & mala à parentibus colligenda sunt: sin nihil horum animaduerteris, naturali benevolentia & amore parentes natum prosequentur.

Si, quæ de quarta dicta sunt, in decima acciderint, matris non verum affectum collige. Nam contraria est sibi ipsi natura interdum.

Commoda à parentibus.

Commodaturos nato parentes iudicato. Si Venus & Saturnus, vt supra dictum est, de nocte, aut Sol & Luna, de die prosperi fuerint, aut Venus in Leone, ex secunda quartam vel eius dominum aspexerit. Et significat tunc successum parentum, & patrimonia ab illis, si vel Iupiter vel Sol in suis dignitatibus fuerint, ac in quarta aliquid dominii obtinuerint. Matrem nobilem aut certe felicem commonstrat Luna in Solis vel Iouis constituta propriis dignitatibus, vel existens in decima.

Dissipatio bonorum paternorum.

Dissipationem bonorum à parentibus relictorum sæpe Planetæ in certis signis, & in signa orientia, aut in cardinibus reliquis constituta indicabunt.

Obseruatum tamen est Solem, qui & patrem & res paternas significat, cum Marte coniunctum, sine authoritate, idem significare. Idem etiam Luna minuta lumine de nocte, & male cum Marte vel Saturno collocata pronunciat, ac magis, si secundæ dominus à malis infortunatur. Et breuiter, si quarta cum domino suo affligitur, & si in secunda imperant mali, nihil diuturnum de paternis facultatibus relinquit: Quod malum, vel augetur, vel minuitur reliquorum Planetarum testimoniis, & præcipue superiorum, quod ex Firmico & aliis peti potest.

Mors parentum.

Si de morte parentum vaticinari volueris, aspice vtriusq; significatores, prout in malis, aut morti adscriptis locis fuerint, aut à malis impediti, & tunc propositum absolue.

Extant apud Albubatrem *talia significata*: Si patris dominus in medio cœli fuerit, matris autem in quarta: pater matrem superuiuet. Si Sol & Saturnus in eodem gradu, contrarium accidet.

Si à Marte infortunantur loca significatorum parentum, & præcipue quarta mala mors & violenta significatur.

Si autem à Ioue, ægritudines & labores notantur.

Si Sol obsessus fuerit ab infortunatis, ita vt Saturnus à sinistra parte, Mars à dextra □ feriant, mortem patris duram & immaturam significat.

Hali Astrologus inquit: si Luna infortunatur per corporalem præsentiam Saturni, & aspexerit Martem sine receptione, tunc significatur matris mors hora natiuitatis. Mortem matris properam significat etiam Saturnus & Mars, cum Luna in quarta vel

Digitized by Google deci-

decima: aut si soli ibi reperiuntur, morbos & mortem patris ab apostemate minantur.

Nota secundum eundem, quod Saturnus in domo Solis noctu celebritatem patris, ac longam vitam indicat. Si Iupiter in quarta feliciter constituitur, felicem patrem concedit. Venus in decima, etiam longæuam matrem.

Si aliquid specialius de vita parentum cognoscere cupis, aspice ascensiones signorum, in quibus Planetæ, qui natura signant parentes, reperiuntur. Secundum numerum enim graduum ascensionum annos durare volunt. Testatur enim Hali, se hoc in multis natiuitatibus, & sua etiam ipsius deprehendisse.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus collectum.

De Parentibvs.

Significatores Patris in quilibet genitura sunt:

I. Domus quarta.
II. Dominus eius.
III. Sol in diurna: Saturnus in nocturna genitura.
IV. Planeta vel Planetæ in quarta.

Matris significatores.

I. Decima domus.
II. Dominus eius.
III. Venus in nocturna, Luna in diurna genesi.
IV. Planetæ in decima.

Si hi significatores potentes fuerint, significant longam vitam & fortunam parentum: De qua tamen re certius iudicium ex propriis parentum natiuitatibus sumitur. Pro patre Ptolomæus iubet significatorem congruentem tempori ponere in ascendente, vt

Solem

Digitized by Google

Solem de die, Saturnum de nocte, & reliquos Planetas secundum ordinem, atque ita erigere figuram patris, deque eo iudicare. Eodem modo figuram matris ex Luna & Veneris consideratione erigere docet. *Sed ego nihil aut valde parum hac in parte Ptolomæo tribuo.*

TERTIÆ PARTIS SEXTVM CAPVT, DE FRATRVM & sororum conditione inquirenda.

PROXIMVM, *quod post parentes nati considerabis, fratres sunt. Quare ad tertium respiciendum erit domicilium. Hoc enim fratribus, sororibus atque cognatis tribuitur.*

Tertia itaque domus, si feliciter affecta est, domino non afflicto, sed regis in locis aut signis & in felici aspectu bonorum existente, bonam fratrum conditionem colliges. Cum autem Arabes in omnibus domiciliis triplicatis quoq; dominos considerent, & hi spectandi erunt in hoc negocio. Nam primus triplicatis dominus de maioribus; secundus de mediis; tertius vero de minoribus iudicat fratribus.

Sunt, qui Solem & Saturnum maiores; Iouem & Martem medios; Mercurium vero minores significare volunt fratres.

Adhæc Mars, quia consignificator est tertiæ, in iudicium erit assumendus. Vt nec excludendus est Planeta; in tertia existens.

Sorores indicant Luna & Venus: hæc minores, illa maiores.

Digitized by Google

Partem

Partem fratrum si inquirere libet, sumes de die à Saturno in Iouem; nocte è contra; & proijcies ab ascendente.

Hos generales significatores omnes, diligenter (vt conuenit) in suis fortitudinibus vel contrariis affectionibus examina. Nam (vt dictum est) bona illorum habitudo ac status bonos multos, & inter se concordes fratres indicabit; mala autem contrarium monstrabit.

Solent & hic specialia quædam considerari, vt: Primogenitus ne sit fratrum, cuius offertur natiuitas, vel quotus in ordine.

Sed quia hoc experientiæ parum respondet, vt, Abrahamus affirmat, nō immorabimur huic parti.

An sit primogenitus.

Regulariter Iuppiter in ascendente vel præcipuis genituræ locis, primogenitum, vel clarissimum inter fratres indicat. Quod idem colligere poteris, si Martem in suis auctoritatibus & dignioribus genituræ locis conspexeris.

Multitudo fratrum & sororum.

Multos fratres indicant, supra dicti significatores, in signis multorū liberorum, & in locis fortibus genituræ, à Venere, Ione & felici Luna bene illustrati.

Item: si ascendens fœcundum est signum, Luna in huius △ existente: si dominus tertiæ cum parte patrum, auctus lumine & ascendens in suo Eccentrico fuerit.

Sorores dabunt Iuppiter, Venus & Mercurius in bonis signis & locis genituræ. Venus infortunata plerumque sororum mortem, præsertim si sub terra, significat.

Paucitas fratrum.

Paucos fratres portendit Sol in ascēdente. Sic fra-

Digitized by Google

tribus nocent ☊ & ☌ ascendentes. Item: si dominus tertiæ in ascendente & significatores fratrum à Ioue vel Marte affliguntur. Item: Si Mars Sol & Saturnus in signis femininis: si Mars præcipue imperans in locis fratrum comburitur. Disiungi fratres morte significat Luna separata à Saturno, & accedens ad Iouem. Claros atque felices fratres designant significatores in suis dignitatibus, & nobilioribus genituræ locis, in amicis aspectibus & receptionibus bonorum & præpollentium in genesi. Item si Iuppiter aut alius benevolus Planeta in tertia, & Mars in suis dignitatibus à Sole orientaliter remouetur, vel in tertia vel præcipuis locis fuerit: si Luna congreditur aut coniuncta fuerit Planetæ in dignitate constituto. Contraria ex contrarijs indicijs colligе.

Si ♄ in tertia, aut tertiæ dominus retrogradus, aut combustus & pars fratrum in secunda sub radijs fuerit, carceres atque graues morbos fratribus minatur.

Affirmat Albohali, quòd Luna vacua ausu, viles fratres indicet.

Si Saturnus in ascendente, siue auctoritate conspicitur, commodos nato fore fratres colligere poteris: si dominus tertiæ cum luminaribus in egregijs cœli stationibus deprehenditur, aut si potior significator in re patrum multæ auctoritatis fuerit. Si in tertia boni Planetæ, aut ⊕, aut stellæ fixæ nobiliores residet: si dominorum tertiæ & ascendentis amica configuratio fuerit: si significatores patrum in secunda, decima aut quarta imperant, aut commercia cum bonis habent.

Nomine fratrum mala inferunt, Sol dominus secundæ, comburens partem fortunæ, item tertiæ domi-

Digitized by Google

dominus, Luna & Mars coniuncti, aspiciente eos Mercurio per quadratum aut oppositum.

Labores mutuos fratrum præsagit Iuppiter à Saturno in tertia per oppositum aspectum infectus, præsente ☋ & aspicientibus malis.

De concordia fratrum.

Concordiam fratrum ostendit dominus tertiæ, in ascendente collocatus, aspiciente eum feliciter cum receptione domino loci seu ascendentis.

Quemadmodum enim in aliarum rerum significationibus respicimus ad ascendens, eiusque dominum: Ita etiam in iudicio de concordia fratrum. Conferendi itaque erunt significatores fratrũ, cum ascendente, & eius domino. Si enim significatores dicta loca respexerint △ vel ⚹ modularem (vt *Albohali* loquitur) amicitiam fratrum notat & commonstrat: si □ mediocrem, si ☍ hostilem animum. Amicitiam fratrum etiam notat, si idem natiuitatis ac fratrum fuerit Almuthen, aut si amborum Almuthen fuerint amici.

Discordia fratrum.

Discordes fratrum animos docent modo posita contraria: & si significatores dicti in locis alienis ab ascendente fuerint, si in duodecima, si mali in tertia male afficiuntur.

Cædes fratrum.

Mutuas cædes fratrum excitant, Saturnus, Mars, Sol, Luna, ex oppositis locis & signis, atque aspectibus hostilibus sese intuentes.

Mercurius in tertia, Luna ibidẽ existente ac turbante

Digitized by Google

bāte malo aspectu *Martis* à germanis insidias affert.

Mars peregrinus, aspiciens ascendens, aut dominum eius □ aut ☍, odia fratrum efficit.

Horoscopantia ♑, ♋, ♊, ♐, litigijs ac contentionibus disturbant fratres.

Cum fratribus nec amorem, nec consuetudinem significant, si significatores fratrum nec cum tertia, aut huius domino, nec cum domino genituræ familiaritatem habuerint, sed in locis cadentibus, & itinera significantibus extiterint.

Numerus fratrum.

Numerum fratrum colligunt alij ab aspicientibus quartam, alij à Planetis intra quartam & partem fortunæ existentibus.

TERTIÆ PARTIS CAPVT SEPTIMVM.

De coniugio.

Quod in iudicio genethliaco domiciliorum ordinem non sequimur, fit, quod rerum series sit potior ordine domiciliorum. Quare antequam de liberis moneamus, quo pacto de coniugio natiuitas nos certiores reddat, scrutari volumus.

Domus itaque septima coniugij locus est. Planeta autem vxores significans in viri natiuitate est Venus. Ptolomæus addit Lunam, quia ipsa consignificatrix est septimæ, & veluti mater in mundo.

Similiter pars vxoris spectanda est, quæ sumitur de die ac nocte à Sole in Venerem, addendo ascendenti.

Si autem fœmellæ fuerit genitura, pro coniugio consi-

Digitized by Google

considerandi sunt Sol & Mars. Pars item mariti, quę sumitur de die ac nocte à Venere in Saturnum ab ascendente.

Considerantur etiam in vtraque genesi Planetæ in septima, & nobiliores stellæ fixæ.

Honestum coniugium.

Laudabile igitur coniugium futurum est, si significatores maiori ex parte fuerint in locis, signis & dignitatibus felicioribus; si applicuerint cum amore domino ascendentis: & si omnes amicè aspiciant septimam, & cum nobilioribus Planetis congrediantur. Contrarium vero contrariæ significatorum affectiones declarant.

Et si in genere vaticinari volet, de commercio prospero aut infelici nati cum mulieribus, Venerem inspicito. Hæc enim sola cum suis dominis triplicitatis, non combusta nec retrograda (quod illi plurimum nocet in cardinibus & succedentibus) fortunam & amorem cum mulieribus, felix coniugium cum honesta & morigera indicat, præcipue si beneuole se habent ad ascendens.

Si Venus est in signo Iouis, & præcipue in ♓, quia ibi exaltatur, aut si is ipsam aspicit, ac fortius si cum receptione, procliuem nec alienum à coniugio animum natis tribuit, ac claras vxores & firma matrimonia. Hos Veneris conatus iuuat dominus septimæ in octaua, si natura bonus, & bene constitutus fuerit; si ipsa Venus congreditur cum domino triplicitatis suæ, in forti ac bono loco.

Si dominus Solis sine combustione in septima, in suis dignitatibus & bonorum aspectu fuerit, Item si Iuppiter Lunam △ aspiciat, castam ac honestam

Digitized by Google

vxorem decernit. Sed si Venus tunc in octaua, cito morietur.

Mala in coniugio.

Mala excitat in coniugio & iurbas Venus retrograda, & quoquo modo cum suis dominis, vel domino septimæ impedita. Tunc duas malas, viles & corruptas dat coniuges, malas item libidines, & præcipue infecta à Marte. Eadem si est male collocata in signo mobili, adulteros, nec vna contentos coniuge facit, præcipue autem si est in ♑, aut in ♋. Tunc enim turpes libidines & animos incontinentes reddit.

Si iungitur ☽ vel □ Lunæ, impedit coniugia, & tarda facit. Arcet à coniugio etiam & cadens ab ascendente, iungens se Saturno, vel eius oppositum aut quadratum intrans, non aspiciente Ioue.

Si dominus septimæ non aspicit septimam, & dominus Veneris non ipsam Venerem, & dominus partis coniugij non ipsam partem: item, si Saturnus eleuatur supra Venerem, ad hanc □ vel ☍ eam intuens, dolore inuicem separari illa constellatio amantes facit. Difficile etiam matrimonium reddit Venus in domo Martis, aut in eius □ vel ☍ præcipue si ipsa aliquid potestatis in dictis locis obtinet.

Vetulam obtrudit Venus in domo Saturni, ac magis, si ipse septimæ dominus fuerit, & potior in natiuitatibus. Et semper vilia coniugia & cum inhonestis meretriculis consuetudines indicat. Venus in domicilijs Saturni, si male tunc à Luna afficitur, aut in deiectis genituræ locis fuerit infortunata malis, aut si ibi male Venus iungitur Saturno.

Sic in duodecima & in quarta, afflicta dura matrimonia

Digitized by Google

trimonia innuit. Male collocatur pro coniugio Saturnus cum Luna in septima. Vt taceam, quod hæc constellatio diram & violentam mortem in aquis, atque naufragio adferat.

De tempore coniugii.

Tempus coniugij Ptolomæo demonstrat Luna. Nam crescens lumine in quarta orientali, primis annis animum ad coniugia applicare facit. In fœmellæ autem natiuitate Sol & Mars: & hic præcipue orientalis, intra ascendens & medium cœli, non tardum coniugium indicant, si item dominus secundę triplicitatis septimæ in orientali Horizonte fuerit.

Post multos annos coniugium concedit Luna, minuta lumine in quartis occidentalibus. In fœminæ autem natiuitate Sol ibi existens vel Mars, & hic occidentalis.

Si Venus in sexta, & dominus secundæ triplicitatis septimæ domus in quarta occidentali, & si Saturnus in septima, & locis potioribus coniugij dominium obtinet: vel tardum, vel cum muliere prouecta, coniugij consortia notant.

Possumus etiam non inepte coniugium eiusque tempus colligere à bona & felici Iouis & Veneris conditione. Hi enim Planetæ generatiuæ potentiæ præ cæteris imperant: Iuppiter propter sanguineum temperamentum: Venus autem propter humiditatem & caliditatem, quam mediocrem habet adiunctam. Quod si vterque horum Planetarum felici principatu (quod fit præcipue, si sint Almuthen nati, aut corporis dominium obtineant) in corpore fuerit, & coniugium, & citò, vrgente natura, futurum est, fœcundum felici ac numerosa sobole.

Digitized by Google

Mors mulierum.

Mortem mulierum affert Luna in quarta, si Luna à Marte separata ad Venerem accesserit, malis aspicientibus; si infortunæ in septima iunguntur, aut Venus vel alius significator coniugij hoc patitur eo in loco: aut si significatores à Marte vel Saturno opprimuntur.

Cædes coniugum facit Mars iunctus parti coniugij male aspiciente Mercurio.

Numerus coniugum.

Numerum coniugum indicat numerus Planetarum intra medium cœli & Martem, quod si Mars esset in medio cœli, computandum est à Marte vsq; ad Iouem.

Alij numerant Planetas introspicientes septimam cum receptione, exeptis gradibus. Si significatorum aliquis, & præcipue Venus aut Luna fuerit in signo communi, duas vxores decernit. De re vxoria in genere tibi significabunt omnes Planetæ, secundum diuersa Zodiaci loca, quæ ex Firmico & alijs cognosces.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam Codicibus collectum.

De Coniugio.

Luna & Venus significant vxores.
Item domus septima, & dominus eius.
Planetæ in septima constituti.
Sol significat maritum & Mars.

Si hi significatores fuerint in cœli locis orientalibus vtpote duodecima, vndecima, & decima: in prima adolescentia coniugium futurum significant, aut

Digitized by Google

aut post maturam ætatem iuuenculam decernunt: & sic econtra.

Luna in septima domo plerunque plures vxores designat, aut rixas aut diuortia cum illis.

Virum maritus vxori præmoriatur, ex Leuitio.

Luna coniuncta vnico tantum Planetæ, ita vt sit potentior Planeta, qui coniungitur, maritus vxorem superuiuet.

Si vero Planeta, cui cum Luna iuncta est, potentior fuerit, quàm ipsa Luna, maritus vxori præmorietur.

TERTIÆ PARTIS OCTAVVM CAPVT.

De Liberis.

IN *figura predictiones de liberis quintus locus sibi vendicat, qui (vt Pontanus inquit,) arctissimam cum Horoscopo, per △ aspectum, consideretionem habet. Quare mentem aduerte, quo pacto quinta domus se habeat cum suo domino.*

Consignificatrix cum propter loci bonitatem, tum Planetarum consequentium in quinta existit ♀. Quamobrem ad illam præcipue spectandum est. Est enim generationi valde apta ♀, propter jam dictas causas, & quæ alias facile cogitari possunt.

Vide etiam partem liberorum, quæ sumitur de die à ☽ in ♄, nocte econtra, proijciendo ab ascendente.

Admodum autem arridet, quod Abrahamus & Albohali propter Venerem, Iouem etiam in re filiorum

liorum considerant, quod is (vt ex superioribus liquet) semen ab Astrologis attributum habet.

Quare vt Venus: ita hic quoq;, cum quinta domo diligenter considerandus est: maiorem enim quam infortunatus aliquis Planeta, allaturus est fœcunditatem. His significatoribus & Almuthen natiuitatis adijcere vtile est. Nam multum potestatis ac momenti habebit Almuthen nati cum Venere & Ioue, cum ad earum perfectionem, tum ad speciei conseruationem.

Primum itaq; num liberos susceperturus sit natus, sic conijcere poteris. Si dictos significatores, præcipue Iuppiter & Venus in bonis locis genituræ, vel in quinta, in signis fœcundis, ac ipsos vigentes conspexeris, vt si Venus occidentalis, Iuppiter orientalis fuerint, vterque in statione prima, à retrogradatione & combustione liber: si dominum quintæ cum his auspicatum commercium habere videris: si felices in quinta: si Saturnus in medio cœli in bono aspectu Iouis fuerit, multos liberos natus ex vxore susceperurus indicatur: ac eo magis, si signum multæ prolis fuerit in quinta. Item si in tali signo & medio cœli ♀, ♃ & ☿ felices constituuntur: & si pars liberorum in angulis fuerit fortunata.

Paucitas liberorum.

Contra paucitatem liberorum efficit pars liberorum, cadens ac præcipue in sexta ac duodecima, si tunc etiam infortunatur. Item: si Venus & Iuppiter retrogradi, cadentes, combusti in signis sterilib. Si Iuppiter impeditur, Venerem aspiciens ex loco, parte liberorum non succurrente Ioui: ac certius erit, si Luna impedita fuerit: præcipue autem illa existente in ♂ vel ♎. In his enim signis fœcunditati obest.

Digitized by Google

obest: Item Iuppiter combustus in septima, si dominus quintæ affligitur, & quidem in sterili signo. *Nota quod Albohali inquit*: Multitudo liberorum assignatur Ioui & Veneri: paucitas Marti & Saturno, mediocritas Soli, Lunæ & Mercurio: quod commode intellige. Si enim Mars & Saturnus imperabunt fortiter in dictis locis, & tunc afflicti fuerint reliqui significatores, præcipue quinta cum domino, certior erit paucitas. *Abrahamus inquit*: Si Iuppiter & dominus quintæ & Almuthen natiuitatis fuerint in signis humanis, natus ἄπαις erit. Contrarium significatur in signis aqueis. Mediocrem sobolem in reliquis dant dicti significatores.

Spurii.

Ex adulterio nascendos significat dominus quintæ aut septimæ sub radijs Solis, atque magis, si Mars dominus septimæ fuerit accedens ad dominum ascendentis.

Boni.

Gaudium à liberis significatur, vt Abrahamus asserit, à Venere & domino quintæ, si in natiuitate se amice aspexerint. Item à △ Saturni ad Venerem, △ Iouis ad quintam, & Venere, Luna, Mercurio in medio cœli.

Mali.

Dolore cruciabunt parentes suos liberi, si hostilis fuerit malorum ad significatores aspectus, ac magis si fuerint fortes: si Saturnus Martem aspexerit ex suo trigono. Si Saturnus ♂ intuetur in occidente Venerem, si nullus aspicit partem liberorum: si dominus duodecimæ in quinta, vel quinta in duodecima.

Amor liberorum.

Amor liberorum erga parentes est pronunciandus

Digitized by Google

dus secundum habitudinem domini quintæ ad ascendens vel Almuthen natiuitatis; Si enim Almuthen natiuitatis & dominus quintæ benigno aspectu se inuicem intueantur, aut etiam Almuthen natiuitatis quintam & quintæ dominus primam bonis collustrent radijs, mutuo sæmore ac benevolentia complexuros esse natum & liberos indicant. Contrarium sentiendum, si nullo aut malis se aspiciunt radijs.

De sexu liberorum.

Masculam prolem promittunt significatores masculini & orientales, in signis, gradibus & domibus masculinis, præsertim si pars liberorum eodem modo collocatur.

Affirmat Abrahamus, quod ♃ in quinta vel vndecima domibus masculinis indicet primum natorum masculum, quod certius erit, si pars liberorum terminatur in masculino signo.

Fœminei Planetæ Occidentales, in signis, gradibus, & domibus fœmininis, fœmellas dant, in eodem statu existente parte liberorum.

Felices & infelices liberi.

Prosperos & felices liberos nato significat ♃ & reliqui significatores cum parte fortunæ in ascendente vel locis dignioribus, ita tamen, ne dominus ascendentis affligatur.

Contrarium euenit, si significatores à malis turbantur. Nam si ♀ à ♂ affligatur, vel si ♂ in ascendente Venerem aut Lunam in Occidente infortunabit, exigua fruentur nati fortuna. Si cum ♃ Mars congreditur in ascendente, multum deprimunt liberos nati, aut si ☿, ♀, ♂, in medio cœli.

Si pars liberorum in sexta chronicos morbos nati li-

Digitized by Google

ti liberis minatur, ac magis si infortunatur à Marte.

Nota quod Albohali affirmat, si malus in quinta, & dominus quintæ afflictus fuerit, vel cadens ab angulis, in malorum aspectibus, suscipiet naturis liberos ægros atque cito morituros. Item si ♄ & ♅ oppositi fuerint, si ♄ & ♂ in quinta: si ☉ ☌ ♄, Lunam ex medio cœli aspiciant: si ♂ cum Mercurio in Occidente fuerit: si Planetæ imperantes in octaua vel pestiferis locis affligunt significatores, si Iouem triangulares, combusti, cadentes, & qui in nullis dignitatib. fuerint: ac magis si ipse Iesc malo habuerit. Idem sentiendum est de Venere. CAP. XX.

Tempus nascendi.

Si tempus, quando nascentur liberi, scire cupis, aspice secundum Albohali fortiorem significatorem: si is Orientalis in iuuentute; si Occidentalis, in senectute. Si idem in vndecima vel in decima in iuuentute; si in tertia, octaua, nona, in media ætate: in senectute autem si in septima vel quarta. Si pars liberorum in ascendente fortis, in adolescentia: in medio cœli, in iuuentute; in Occidente autem & quarta in senectute. CAP. XXI.

Hic vt in reliquis, particularia Planetarum decreta non omittas.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus congestum.

DE LIBERIS.

Pro liberis considera domum quintæ, vndecimam & primam, vt Leouitius vult.

Sed Ptolomæus considerat Planetas, qui sunt primo in decima & vndecima: deinde in prima & septima;

Digitized by Google

ptima, vltimo quarta & quinta. ♄, ♂ & ☉ negant liberos. Item ♀. ♈ aut ☿, ☽ & ♃, prolem largiuntur. Signa ♋, ♏, ♓, dant sobolem. Negant ♌ & ♍.

Non dubitabis de filijs, si fortuna in quinta fuerit.

TERTIÆ PARTIS NONVM CAPVT

De diuitijs & pauertate nati.

SIGNIFICATRIX diuitiarum est Ptolemæo pars fortuna, quæ sumitur semper iuxta eius sententiam à Sole in Lunam, proiiciendo ab ascendente. Quamuis Firmicus in nocte eam contrario modo inquirat.

Hanc partem fortuna diuitias dare & polliceri docet, si ipsa cum suo domino in illis locis, vt conuenit, reperitur, bonis prospere inspicientibus, ex fortibus genitura locis: ac ominium maxime, si feliciter & à Sole & à Luna excipiuntur.

Ego meam de partibus supra posui sententiam, nihilo, an valde parum illis tribuo.

Qualitatem itaque diuitiarum sumes primum à dicta parte fortunæ, & eius domino, prout is in domicilijs reperitur. Deinde à natura Planetæ in secunda reperti: tertio à domino secundæ, in dictis cœli stationibus. Certius autem dicti significatores sua fata perficiet, si à Sole & Luna commode excipiuntur. Item, vt Albohali requirit, si ad ascendens fausti proportionantur, & signum ascendens aliquod ex Regijs, seu fortunæ domicilijs, & præcipue Iouis vel Solis fuerit.

Sed admodum erudite Abrahamus à Ione erditur. Hic enim

Digitized by Google

enim natura diuitiarum est largitor. Quare si Iupiter Orientalis, fortis, in bonorum amicitia, & in genituræ cardinibus, aut etiam eorum succedentibus, bonas & amplas diuitias natis affert, præsertim si tum etiam in ascendente imperat.

Deinde respicit idem auctor ad secundam domum. Hanc ita proposito eligit commodam, vt approbet signum fortunæ, nec non fortunarum ibi præsentiam radiosque: Solis item & Lunæ aspectus bonos, in secundam domum incidentes. Et si stellæ fixæ regiæ huic domui includuntur, natus diuitijs nunquam carere poterit, feliciter etiam annuente domino septimæ.

Ex dictis autem locis solet etiam Almuthen extrahi, cuius status & conditio diligenter perspicienda est.

Considerant porro cum ☨ Arabes etiam partem substantiæ, quam constituunt proijciendo ab ascendente distantiam Almuthen à Ioue,

Sthenerus sumit die ac nocte à domino secundæ Cuspidis Lunæ, & proiicit ab ascendente.

Si vlterius substantiam nati inquirere cupis, respice ad dominum triplicitatis secundæ. Item ad dominos triplicitatis Solis in die, Lunæ in nocte, nec non ♅ secundum quorum fortitudinem superiora fata diuitiarum quasi confirmare poteris.

Quantitatem declarant maiori ex parte fortunati, vt si superiores sunt Orientales, in commodis signis, & fortibus genituræ locis, recte se habentes ad Solem, si inferiores hoc pacto se habuerint ad Lunam occidentales. Item: si significatores natura regium quoddam & altum spirat, vt sunt ♄, ☉, ♂, ♀. In succedentib. autem ipsi mediocriter affecti mediocres diuitias parare concedunt: sed combusti exiles. In deiectis locis nullas confirmant, nec conferunt diuitias, præcipue si mali natura fuerint.

Tem-

Digitized by Google

Tempus diuitiarum, ſecundum Omar, declarat Almuthen. Nam Orientalis à primis annis felices reddit, nec victu deſtitutos. Occidentalis autem in ſenectute.

Secundum Ptolomæum autem primus dominus triplicitatis ſecundæ domus in prima ætate; ſecundus in media, tertius ſub finem ætatis dicat.

Albohali autem hac ratione dominos triplicitatis luminaris temporis conſiderat.

Felicitatem conſequendi minuit dominus ſecundæ in aſcendente, vel eiuſdem, vbicunq; exiſtat, ad ſecundam radius. Item, ſi ſunt ſignificatores natura benigni: ſi Luna cum Sole congred. ſuccentraliter, nam tunc in horoſcopo ☉ collocatur.

Refert Albohali, quod dominus ſecundæ in angulis non impeditus, auaros atque attentos ad rem natos reddat. Cadens autem & infortunatus multum fruſtra pro diuitijs acquirendis laborantes.

Liberalem vſum diuitiarum oſtendunt fortunæ in ſecunda, vel dominus ſecundæ, vel Almuthen & potiores ſignificatores fortes & fortunati. Item ſi tertius dominus triplicitatis ſecundæ fuerit fortis & fortunatus liberales declarat.

Diſſipationem atque abuſum diuitiarum aſtra contraria & inauſpicata portendunt.

Obſerua quod Abrahamus dicit: ſi fauſtus Planeta, aut combuſtus, nec retrogradus in ſecunda fuerit, perpetuo felicem efficit. Si vero infauſtus ibi fuerit, & eiuſdem domus dominus diſſipationem ſpontaneam ſignificat. Si vero nihil poteſtatis in dicto loco obtinet, amiſſionem honorum, tyrannorum iniuriam oſtendit.

Parta tuetur natus ſecundum Ptolomæum: ſi domini ſecundæ & Solis fortunæ in propria Alhaitur tempo-

Digitized by Google

temporis conditione exstiterint, feliciter collocati. Contrarium denunciat contrarius cœli positus,

♀ & ☿ ambo vel alter tantum in exaltatione & locis bonis figuræ rectissime fulgent ad diuitias parandas.

Ac obseruanda sunt hæc eadem, quæ infra de dignitatibus dicentur. Hæc enim non parum de diuitiis ἀποτελέσματα iuuant.

Inquit Hali 4. part. cap. 12. Nec ☉, nec ♄, nec ♂ bene collocantur in secunda. Sol, quia destruit loci vigorem: ♂ & ♄, quod natura sint maligni; ♂ laborum atque periculorum significator, ♄ vero natura inops.

Magis autem nocebunt dicti Planetæ facultatibus, si septimę dominus erit combustus, nullis renitens conatibus. Ac nota: sicuti dominus septimæ bono aspectu configuratus cum domino ascendentis, significat successum in facultatibus; sic separati mutuo, aut oppositi vel □ dimicantes egestatem afferunt, aut certe auaros, & male parandi diuitias animos faciunt.

Item, vt prodest significatoribus testimonium Iouis & Veneris, sic si ab illis sunt alieni, aut in natiuitate consternati, hoc est, infeliciter positi, multum impediunt superiorum significationes, & si afflicti eos aspiciunt, dilapidationes bonorum minantur: vt ☿ nimium liberaliter elargiendo; ♀ autem amoribus, luxu, vestitu & crapula pauperes & egenos reddunt.

Digitized by Google

Aliud iudicium ex aliis quibusdam libris congestum.

DE DIVITIIS.

Ptolomæus à ⊕ iudicium sumit, & à Planeta obtinente dominium ⊕.

Reliqui desumunt:

I. *A Cuspide secundæ domus.*
II. *A Domino secundæ domus, aut signi in ea intercepti.*
III. *A* ⊕.
IV. *A Domino eius.*
V. *A* ♃.
VI. *A Planeta existente in secunda.*

Significatores diuitiarum, aut maior pars, si inter horoscopum & decimam domum collocantur, tribuunt diuitias in iuuentute: inter decimam & septimam in virili ætate: inter septimã & quartam in senectute: inter quartam & primam circa finem vitæ.

⊕ in iuuentute: dominus eius in senectute diuitias significat.

Coniunctio ☉ & ☽, quia tunc est ⊕ in prima domo, diuitias largitur, sed non longæuam vitam.

Si ⊕ cum ♃ bene coniungitur significat diuitias. Sic quoq; Spica ♍ cum Sole.

Stellæ regiæ luminaribus aut significatoribus diuitiarum bene permixtæ, decernunt maximam dignitatis ac splendoris præstantiam.

♀ etiam in medio cœli beneuolentiam & gratiam popularem præstat, vnde opes affluunt.

♂ Iouis & Veneris in angulis diuitias affert.

Idem præstat dominus partis fortunæ bene affectus.

Digitized by Google

☊ in

☊ in secunda dat diuitias & officium honorificum.

TERTIÆ PARTIS DECIMVM CAPVT

De Hæreditatibus.

HÆreditates, hoc est, diuitias non nati labore ac industria partas, sed relictas à parentibus aut aliis, diiudica ex quarta domo.

Itaque primo considera, quis sit eius dominus. Nam si felici societate coiuit cum domino secundæ, vtroque forti, alterò domino Saturno existente, hæreditates offerunt.

Item, si quartæ dominus in secunda, vel prima, vel econtra secundæ aut primæ in quarta, idem euenier.

Sic si significatores & præcipue ♃ in octaua.

Item, si dominus secundæ Planetam in quinta, aut significatorem diuitiarum in domo Saturni constitutum aspexerit, neutro illorum combusto aut retrogrado, reperiendis thesauris opulentos facit.

Item ♄ in quarta Orientalis & fortis imperante ibidem fortuna hæreditates ex agricultura prouenientes significat.

Et hactenus de diuitiis. Plura require apud Hali part. 4. cap. 11. & 12. & Albubatrem cap. 133 & sequentib.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS CAPVT DECIMVMPRIMVM.

De dignitatibus ac honoribus nati.

PTOLOMÆVS *recte hanc speculationem de dignitatibus à luminarium contemplatione orditur. Vt enim reliqua cœli lumina splendore atq; elegantia hæc duo sola superant: sic quoq; hominibus præ cæteris arrident. Animos enim in illis generosos & ad ardua contendentes excitant, & reliquis ex cœlo incommodis ac durioribus fatis repugnant potenter, viribus suis felici habitudine auctis.*

Potentissimos autem faciunt, si fuerint in suo Alhaitur, quod quæri ἀναρέσεις dicunt in signo masculino, in trigono igneo, atque angulis & præcipue in medio cœli (quia hic locus regni est) & præter hæc, si in suis dignitatibus constituantur: si felicibus bonorum Iouis & Veneris, nec non ♂ (*Nam & is potestatis consequenda non raro auctor esse solet*) radijs illustrantur, vt dicto auctori placet: si Soli matutinæ stellæ, Lunæ vespertinæ, tanquam regibus comites adfuerint. Hic non inferiorem vim obtinent stellæ fixæ regiæ. Quare in potentioribus genituræ sedibus, quænam reperiantur videndum. Subito enim natos euehunt, & in dignitatibus firmius retinent, si luminaribus & præcipue Lunæ fuerint iunctæ. Hæc enim tanquam repagulo assumpto vires suas potentius rebus inferioribus infundunt.

Quanto igitur vel stellæ, quibus iunguntur luminaria, vel eorum adspectus, quibus ad sui societatem stellas adsciscunt, fortiores fuerint: tanto dignitates, rerum successus atque honores celebriores erunt.

Si

Digitized by Google

Si vero luminaria in angulis non reperiuntur, stellæ autem, quarum facta est mentio, collocantur in dictis locis, si non illustrem, certe aliquam famam pollicentur.

Extreme autem deiecta luminaria nec vllo bonorum comitatu stipata, multa nominis celebritate nobiles faciunt.

Si in contrario statu temporis fuerint, non tamen afflicta, inter priuatos excellere faciunt.

Qualitatem honorum & dignitatum Planetæ cum luminaribus iuncti, & qui aspicient, item in quorum potestate fuerint, declarabunt, quod ex supra dictis de Planetis cognoscere poteris.

PTOLOMÆVS *autem hoc ita docet.*

SI SATVRNVS vel cum Sole fuerit Orientalis, vel ipsum in sua domo constitutum aspexerit, aut quacunq; ratione dominium obtinuerit in locis luminarium, addit honorem diuitijs atq; pecuniæ.

IVPPITER autem gratia ac communi fauore euehit, vt animi magnitudinem arduam consequantur nati.

MARS bellis gerendis atq; imperando reliquis celebriores reddit.

MERCVRIVS doctrina & rerum scientia illustres facit. Et hæc omnia certiora erunt, si feliciter constituti Planetæ luminaribus adminiculo fuerint.

Abrahamus Iudæus gradum coniunctionis ♄ & ♃ ad dignitates requirebat in figura, ac prout deprehendebat Iouem in angulis, vel cum luminaribus, aut commodis Planetis dignitates enunciabat.

Similiter collocabat partem honoris in natiuitatem, quæ sumitur in die à Sole in 19. grad. Arietis: noctu vero à Luna in 3. gradum Tauri proijciendo

Digitized by Google

ab ascendente. Item, Planetam reliquis addebat, ac omnium maxime, cum in illius aspectu luminaria existerent.

OMAR medium cœli & dominum eius, vt conuenit, considerat.

HALI vero dominos triplicitatis decimæ, secundum fortitudinem & debilitatem ad dignitates cõferendas eligit.

Similiter IVPPITER fortis in cœlo, siue particeps sit significationum de dignitatibus, siue non, publicis officijs & dignitatibus claros tamen facit.

Nam quicunque Iouem in natiuitate fortem seu bene positum, aut à reliquis fortunis excitatum habet, languentibus malis, is per totum vitæ cursum fortunatus erit.

Similiter si dominus ascendentis ad medium cœlum tendit, propria industria magnis se insinuat: Item si dominus ascendentis in medio cœli fuerit, in suo termino, vel dignitate aliqua, feliciter aspiciente Sole. Nam inprimis tales grati erunt & honorati.

In aulis Principum versari faciunt ☽ cum ♄, in sua domo: ♄ in ascendente, in sua domo, aspiciente eum Ioue: ♀ in aspectu Iouis, & præcipue △, & in medio cœli, reginarum consuetudines & amores conciliat.

Habet autem inprimis euehendi & opib. ditandi licentiam Luna, si feliciter in cœlo, nec non cum stellis fixis nobilioribus refulget.

Quare Lunam hoc pacto require, & præcipue noctu: nam hæc in ♌ cum Ioue, sine aspectu malorum in publicis actibus omnium fauore felices & prosperos efficit.

Si

Digitized by Google

Si Venus, Mars & Saturnus coniuncti Lunam in medio cœli aſpexerint, ☉ autem partem regni, aut ☉ in die, vel ☽ in nocte, in medio cœli, felices: faciunt natum commendari regibus & potentibus cum magno dominio.

Pars regni ſumitur à Sole in Saturnum de die: nocte econtra, & proijcitur ab aſcendente.

Aliud iudicium aliunde congeſtum.

De Dignitatibvs Nati.

Sumitur ſignificatio dignitatis

I. à Domino medij cœli.

II. à Planeta vel Planetis in medio cœli conſtitutis.

Hi ſi fuerint in proprijs domicilijs, aut angulis, & bonis aſpectibus, conferunt dignitates amplas.

Regiæ ſtellæ in medio cœli aut iunctæ ſignificatoribus intra 5. grad. dant dignitates, ſed malum finem: Sic etiam quando præcipuos angulos obtinent.

Sunt autem hæ præcipuæ:

		Gr.	m.	
Oculus Tauri	in	4	♉	♉
Caput Geminorum ſeu Hercules		18	9	♊
Regulus ſiue Cor Leonis		23	50	♌
Spica Virginis		18	♎	♎
Luminoſior lanx meridionalis		9	29	♏
Cor Scorpii ſeu Antares		4	♐	♐
Fomahand prima magnitudinis		28	20	♒

ſtella aternam memoriam donat.

☉ & Planetæ benefici in decima domo, decernunt eximias dignitates: malefici negant: mediocres medium ſtatum decernunt.

Conſtitutio erraticarum omnium maxime ſupra ter-

Digitized by Google

terram vel infra terram genituræ excellentiam decernit.

Nonnulli volunt, Martem aut Saturnum in decima domo, in dignitatibus & fortes, designare potestatem aliquam violentam, non tamen durabilem.

Semper autem ♄ in decima obijcit aliquem periculis.

Luna in ♒ vel ♓ minime gratum faciunt suis Principibus aliquem, præsertim si vndecima domus est læsa à Saturno aut Marte.

Venerem & Iouem infortunatos qui habet in sua natiuitate, caueat nullam.

Aliud iudicium aliunde congestum.

DE FORTVNA NATI.

Si quatuor Planetæ reperiantur in essentialibus dignitatibus, vel se mutuo respiciant: si ipsa luminaria sint in angulo, & stellæ erraticæ circumdent illa: prosperitas & diuitiæ promittuntur nato.

Si stellæ regiæ ibidem sint vt cor Leonis, oculus Tauri, caput Geminorum, Spica Virginis, cor Scorpij, &c. significant etiam fortunam & honores.

Qui tres aut duos habebit Planetas in proprijs domibus, & ex illis nonnullos in angulis: aut omnes Planetas in exaltationibus suis, aut etiam aliorum: habebit magnam fortunam & nominis celebritatem.

Locus oppositionis & coniunctionis luminarium præcedentis natiuitatem, si in decima, honores, cum ⊕ diuitias præbebit.

Infaustæ natiuitates sunt, in quibus luminaria consistunt in domo duodecima, tertia, sexta, & octa-

Digitized by Google

octaua, nullamque cum horoscopo habent familiaritatem, & quando luminaria non consistunt in signis imperantibus, sed obedientibus, & mali Planetæ præcipuos cardines occupant, nec luminaria & reliqui Planetæ sunt in exaltationibus aut domibus suis, aut cum se inuicem male aspiciunt.

Si in aliqua natiuitate ascendens, dominus eius, Almuthen figuræ, ♄ & ☽, maiori ex parte fuerint fortunati, iudicandum est, natum magis fortunatum fore, quam infortunatum: & sic econtra.

Sic etiam si fuerint orientales supra terram, significant fortunam in initio vitæ: & si fuerint occidentales sub terra, significant fortunam in fine vitæ.

FORTVNA PER SE QVATVOR habet causas.

Prima est Deus ipse, qui sæpe immediate fortuitorum euentuum est causa.

Secunda est impetus & inclinatio naturalis, attracta & infusa ex sideribus.

Tertia, mores cuiusque. Nam bonos mores, felicitas: malos vero tristes euentus sequuntur iuxta dictum: quilibet est suæ fortunæ faber.

Quarta causa adscribitur materiæ: quæ tamen postremæ duæ maxime dependent & nascuntur ex secunda, id est, astrorum influentijs.

Hæc admonere volui.

Etsi autem,

Omnipotens fortuna & inelaBabile fatum,

ac quotidiana experientia & exempla omnium temporum ostendere videntur, fortunam sæpe omnibus consilijs, & omni sapientia superiorem esse: tamen

Digitized by Google

men infortunia precibus ad Deum ac pietate nostra & diligentia impediri posse sentio.

TERTIÆ PARTIS CAPVT DECIMVM SECVNDVM.

DE RELIGIONE, VEL pietate nati.

Religioni tribuitur nonus locus, is enim huic considerationi est aptissimus, quod admodum amico aspectu, nempe per △ configuretur cum ascendente. Primum itaq; ad signum, quod in ea domo reperitur, est respiciendum.

Nam si fuerit humani atque beneuoli sideris receptaculum, si eius dominus natura benignus, apte collocatur, & præcipue in ascendente, & cum Sole & Ioue. Item si cum Mercurio commercium habuerit, in signis religiosis, vt sunt ♎, ♉, ♓, tunc pium & legis suęminime turbatorem natum futurum dices, p̃cipue si locus dictus & significatores liberi à Martis imperio fuerint. Nam quod Saturnum non vereor, fit, quod is religionis superstitionisque nimiæ magis sit auctor quam destructor. Quare si cum dictis significatoribus fuerit ♄, vel in nona feliciter collocatur, copulatus Mercurio, tunc diuinis studijs & alijs cogitationibus de rebus valde abstrusis natum occupatum pronunciabis.

Mars belli auctor atque turbæ, parum religiosos facit, quod idem de eius domicilio in nona colligere poteris, nisi potioribus & fortioribus significatis hoc malum mitigetur. Nulla enim pietas castra sequitur.

Nota

Digitized by Google

Nota Abrahami dictum, quod ♄ in nona fortè in Christiani natiuitate parum constantes in Christianismo facit: aut certum indicium erit, quod tales singulare quiddam sapere conentur.

☉ autem confirmat ac stabilit Christianam fidē: quare ad illum magis respice: quia is & cordi, & cordis spiritibus præest.

♃ humanitatem & motus honestiores cordis, & prudentiam, quæ omnia religionis sunt, pro bonitate suæ naturæ animis ingenerat.

Albohali ad Mercurium speculatores religionis alicuius remittit, profecto non inconcinne. Nam nobiliori animæ parti imperat. Quare cum Ioue & Saturno feliciter copulatus, & ipse positus in Tauro, nec non in nona cum Luna, pium animum declarat.

Sic si feliciter in oriente dominus nonæ fuerit, idem notat. Hic enim collocatus nonæ dominus præcipua iudicia piæ mentis dabit ac religiosum faciet, nec alienum à pietate: sicut econtra regulariter ☿ Mercurio copulatus, aut in eius domo repertus, irreligiosos facit.

Obseruandum quoque est, religioni & Ecclesiasticis functionibus seu dignitatibus efficere Saturnum retrogradum.

Mercurius in domo Saturni vel in eius coniunctione aut aspectu, diuinum quiddam speculari natum facit, eique diuinum largitur ingenium, & ad cœlestium rerum studia animum illius excitat: si signa mobilia sunt, si ♑ in nona, ac magis si affulgeat his ♀: irritas ac confusas in religione opiniones ac animos efficit. Spica ♍, aut alia felix stella fixa in

Digitized by Google

xa in nona, sacrorum tractatione & diuino studio fulgere multum facit.

Hæc quidem de religione sufficiant, ad quam non parum momenti habet bona, liberalis, ac pia institutio, & ad timorem, ac inuocationem DEI à teneris assuefactio, quæ meo iudicio plus confert, quam astrorum influxus ac præsagia, quæ ascripsi, vt in codicibus artificum inueni.

ALIVD IVDICIVM EX ALIIS quibusdam codicibus collectum.

De Religione.

Ex tertia & nona de pietate nati iudicandum est.

Iuppiter aut ♀ aut ☊ in nona significant honores & dignitates Ecclesiasticas & vera somnia.

Econtra ♄, ♂, ☊, in nona aut tertia, aut si hi has domos gubernauerint, in pietate inconstantes faciunt & falsa somnia.

Iuppiter & Mercurius sunt Christianæ religionis significatores, ♄ Iudaicæ, ☉ & ♂ Mahometanæ.

TER-

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS CAPVT DECIMVMTERTIVM.

DE NATI MAGISTERIO, VEL OPERE, seu de vitæ genere.

PTOLOMÆVS *huius instituti significatorem præcipue iudicat Planetam, qui emergere ex radiis solaribus, ac mane conspici incipit, nimirum, quod stella illius vis præ cæteris sit validissima. Nam vires ad actiones nati, tunc magis excitatas habet, præcipue tamen si in medio cœli conspicitur, & apte cum Luna sociata fuerit. Nam & hic locus & luminare actiones denotant nati, & habitudinem corporis ac animi motus seu habitudinem inclinationis. Quanquam minime prætereundus est, qui quocunque tempore in medio cœli extollitur, licet dictus sit potior potestate. Item: si alius Planeta præteriam dictum, fuerit in configuratione Lunæ, eidem iungendus est. Si in medio cœli nullus conspicitur, hisce conditionibus, vt dictum est, accipe dominum medii cœli, & secundum qualitatem stella iudica futuros nati actus, magisterium & opus. Sed vide ne temere huic semper adstruas vi formæ significatæ, nisi vel Mars, Venus, aut Mercurius fuerit, & idem sat virium habuerit in cœlo vel figura. Nam & Ptolomæus, Hali, Albubatri, & omnibus alius, itemque Firmico hi tres Planetæ de actionibus nati iudicant.*

Mercurius igitur, si actus decernit nati, ita vt orientalis conspiciatur in medio cœli, in Lunæ illuminatione, pronunciabis natum talem fore, minime rudem, sed literatum. Nam Arithmeticus erit mercator, rerum inquisitor, industrius, astrologus, libe-

Digitized by Google

liberalibus artibus & varijs scientijs ornatus & tinctus. Si tunc ad illum Saturni radius defertur, arcanas scientias amabit, Deorum templa frequentabit, somnia interpretabitur, alchymisticam & metallariam artem tractabit, ponderando & mensurando rerum distantias & magnitudines delectabitur.

Si Iuppiter, publicis legibus imperabit, ac forensia tractabit negocia.

Si loco Mercurij Venus actibus præerit, tunc amatorem pronunciabis, picturis & rebus ad ornatum spectantibus studiosum, aurifabrum. Si affulserit Veneri Saturnus, caupones, & voluptatib. deditos facit, & Necromanticos.

Si Iuppiter, gladiatores, certatores, athletas, & qui in omnibus felicem sunt habituri effectum & successum.

Mars actibus & functionibus præfectus, si cum Luna aliquod fœdus inijt, igne tractabit artes, sicuti sunt aurifabri, rerum elegantium fusores, excoctores metallorum: idque fit, si mobile aliquod signum occupat. Nam sine Solis testimonio in directo loco, in alieno signo fabros facit, agricolas, sculptores, fabros lignarios. Et si cum Saturno commune habuerit vel signum vel aspectum, circa aquas frequentius versates, balneatores, coquos, naucleros: si cum Ioue, milites facit ac tribunos militum & duros, si vterque fortis fuerit. Sin minus, potentum ministros, transportatores ac lanios facit.

Si duo fuerint significatores, vaticinia miscebis apte, vt Pontanus præcipit, de Planetarum viribus, lib. vi. rerum cœlestium: quod accidet, si tales coniuncti in angulis, aut alijs locis fortibus fuerint constituti, vel oriente, vel in medio cœli, aut in illorum succedentibus. Nam semper tales considerandi sunt,

Digitized by Google

sunt,& nisi vitium aliquod habeant, languentibus, nec dictis conditionibus suffultis magisterij significatoribus, sunt preferendi, præsertim si etiam ascendenti imperat.

Nota quod Ptolemæus de coniunctis inter se significatoribus præcipit. Nam si Venus & Mercurius æqualem tribuendi actus potestatem consequentur, ac illis se adiunxerit Saturnus in nona, mercator talis erit. Si Iuppiter, publicis negocijs occupatus erit, docebitque pueros. Quod si autem in iudicia magisterij nati concurrunt Mercurius & Mars, sculptores, statuarios egregios, armorum fabricatores, nec non chirurgos, medicosq; maleficos faciunt natos, contaminabunt eosdem suis vitijs, vt turpi libidine, mendacijs, fallendique studio. Si illis se associat Saturnus, latrones erunt tales. Si Iuppiter, milites, militum duces, versipelles, laborum tolerantes euadunt. Si Venus & Mars: res aromatarias tractabunt, medicinam, agriculturam amplectentur. Si hi radio Saturni affligentur, aut etiam illius præsentia, mortuorum curam geret natus, solitaria ac tristia loca inhabitabit, & erit futurorum præscius. Si Iuppiter se illis associauerit, pios & religiosos faciunt, templis immorantes, sacra tractantes, & qui feliciter matrimonio alios copulabunt.

Cum his omnibus obserua etiam signorum naturas, in quibus significatores collocati reperiuntur. Nam humana signa circa actiones humanas & res ad vsum hominum spectantes natos faciunt occupatos. Quadrupedia vero circa metallaria, mercaturam, architectonicam. Tropica signa Geometriæ, agriculturæ & eloquentiæ studia innuunt. Ferina signa & aquatica, in aquaticis locis versantes, & negotijs herbarum atq; horterum occupatos faciunt.

Si Luna sua testimonia cum reliquis significatoribus

Digitized by Google

ribus confert, & fuerit in ♏, ♋ & ♉, accedens vel accessura post natiuitatem ad Mercurium vel eius radium, si ipsa exortus momenta sic reperitur: sapientes facit, intentos aquaticis ministerijs. Si in ♐ & ♓, exorcistas in ♍ & ♏, Necromanticos, Astrologos, futura prædicentes. In ♈ vel ♎ sapienter somniorum interpretes.

Cæterum monet etiam Ptolomæus, vt inquisituri, quam fortunam & prosperitatem natus in magisterio aut vita genere sit habiturus, respiciamus stellas idem suggerentes. Nam stea fortes fuerint, in angulis aut succedentibus prospere collocata, nulla maleuolorum inuidia oppressa, cum fructu sua opera tales conficient, aliquid nominis etiam sibi inde reportantes. Contra deiectæ, cadentes, oppositæ malis atque contrariis configurationibus languentes prorsus actus & opera tribuunt nato difficilia potius, quam vt inde magistratus, honores & commoda speret.

Et si Saturnus impedierit, pigritia turpi tales semper in actionibus suis frigebunt. Si Mars summis laboribus atque conatibus, quicquid tentabit natus, perficiet, ac talis erit, quem Græci ῥιψοκίνδυνον vocant & περίφοιτον. *Et hoc quidem in magisterio nati secundum doctrinam Ptolomæi præcipue est obseruandum.*

Alij porro dominum triplicitatis tertiæ domus magisterio præficiunt: alij tertiam domum vel nonam considerant.

Albohali in diurna natiuitate considerat Planetam, ad quem Luna post ☍ aut ☌, quæ natiuitatem antecedit proxime, accedit. Si vero ad nullum fertur Planetam, dominum medij cœli eligit, si habet aliquid potestatis, & in oriente est, aut aliquam fortitudinem habet in loco ⊕.

Cui

Digitized by Google

Cui etiam adiungit Planetam, à quo Luna separata fuit, si ad nullum fertur.

Postremo hoc obseruandum breuiter: si dicti à Ptolomæo significatores non sunt apti, vt ex illis de magisterio nati aliquid affirmes, tum decurrendum nobis est ad Planetam, qui bene collocatus in genesi conspicitur. Si nec tunc aptus aliquis ibi reperitur, dominum genituræ daterem Magisterii elige, & præcipue si bene sese habuerit in angulis aut succedentib. aut configuratus, aut sociatus Mercurio.

Et meminerisetiam, Planetas nunquam esse negligendos, qui cum legitimis significatoribus magisterii commiscentur. Nam vel illorum conatus iuuabunt, vel illis peculiare quiddam adiicient.

De studijs si aliquid iudicare voles, aspice primum tertiam domum, quo pacto ea vigeat cum suo domino: deinde nonam eiusque dominum, nec non locum Mercurij, & qui ex Planetis plures habuerit in dictis locis dignitates cum tertię domino, studiorum rationem monstrabit. At si Venus bene collocatur, omnis generis scientijs ac summa discendi facilitate natum conspicuum reddit. Studiosam etiam naturam regulariter, nec vagabundam monstrat Venus in Saturni domicilijs, præcipue si cum ea Luna apte collocetur.

TERTIÆ PARTIS CAPVT DECIMVMQVARTVM.

DE PEREGRINATIONIBVS & itineribus.

Æquum est dignioribus atque potentioribus astris loca fortiora tam in cœlo quam in figura stationibus attribuere. Quare Ptolomæus recte, si à centris declinant luminaria,

Digitized by Google

minaria, præcipue tamen Luna, signis tropicis ac radijs Martis, Mercurio & dominis decima consentientibus, sedium permutationem intelligit. Nam Luna arctiori circulo inclusa, & breue admodum æthereæ regionis curriculum sortita, citius suum territorium permeat. Hac ratione rerum fluxum ac instabilitatem significat.

Quare occidentalis, qua habitudine tunc vna cũ motu lumen recolligit, receſſu extra ſolares radios geſtiens, natum tali alacritate ſecum quaſi itinerib. & agilitati idoneum reddit, ac magis ſi extra domeſtica figuræ loca (cardines intellige) errat.

Porro Mars itineris ſignificator à Ptolomæo cõſtituitur, propterea (vt videtur) quod is ſtabilitati rerum natura repugnet. Quare dum occidentalis is radijs Solis inuoluitur, errones facit, qui varijs ſibi in locis ſalutem quæritant, vt quorum animis robur atque conſilium, vna cum debili Marte prorſus elanguerit.

ALBVBATER Mercurium Marti aſſociat. Verum hic non longa itinera, vt Mars: nec varia ac publica, vt Luna, denotat; ſed proprio ſuo motu ſeu potius diſcurſu à Luna ad Solem, tanquam domeſticos internuncios indicat. Quare nuncios vel delatores potius, quam prolixa ſpacia peterrantes faciet.

Sed & hæc ſua ſignificata perſpicue perficient, ſi dicti ſignificatores in fortibus locis genituræ, ac in ſignis mobilibus fuerint.

Reſpiciendum eſt ſecundum alios ad nonam domum, & eius dominum, ad partem itineris, eiuſque dominum, ad Planetam, qui in nona exiſtit, nec non dictorum omnium Almuthen. Si enim natura beneuoli atque benigni fuerint, præterea feliciter inter ſe & dominum adſcendentis habentes commercium, itinera multa &

Digitized by Google

feli-

felicia oſtendunt ac promittunt Quod confirmant domini triplicitatis tertiæ. Item ſi pars fortunæ in loca itinerum incidet: ſi in angulis Mars, & præcipue ſi in aſcendente incidet pars itineris. Sumitur autem pars itineris per terram die ac nocte à domino nonæ in gradum & minutum nonæ addendo diſtantiam orientis. Pars vero itineris per aquam, de die ſumitur à Saturno in xv. gr. ♎. Nocte econtra proijciendo ab aſcendente. Item dominus aſcendentis in nona, vel tertia; Luna occidetalis in nona, in ſigno fœmineo, vtiles profectiones pollicetur, ac remotas, præcipue ſi non aſpicit ſuam domum, pari ratione ſi in occidente. Item ſi Sol, Venus & Mercurius in nona fuerint. Ac vniuerſaliter itinera colliges, ſi domini luminarium illa non aſpexerint, nec dominus aſcendentis illud ipſum. Contraria eueniunt ex contrarijs. Et ſi dominus aſcendentis ſeparatur à dominis ſignificatorũ itinerum, ijque in proprijs fuerint domicilijs, & angulis ſeu cardinib. conſtituti, & præcipue ſi pars itinerum affligitur, extra patriam natum non peregrinaturũ oſtendunt, eoq; magis, ſi cum illa pars ⊕ fuerit, & eius dominus.

Proſperitatem itinerum felices in nona vel imperantes vel exiſtentes declarant, & ſi ibi pars fortunæ reperitur: ac in genere: ſi domini itinerum commode ſe habuerint.

Loca, quæ acceſſurus eſt natus, Ptolomæus ratiocinatur à luminarium & Martis poſitu. In orientali enim regione conſpecti, hoc eſt, à quarta vſq; ad decimam per Horoſcopum eundo, ad orientem & meridiem dirigent nati itinera. In occidentali autem, verſus occaſum & ſeptentrionem.

Sed non ineleganter à Planetis in nona exiſtentibus ac imperantibus, nec non ex dictorum omnium locorum Al-

mutuum elicere poteris, ad quas terras & regiones natus sit profecturus, quod à locis Planetis attributis & signis ascriptis patebit.

TABVLA REGIONVM AC VRBIVM QVÆ DVODECIM Zodiaci signis subsunt.

ARIES HABET EX regionibus.

Bastarniam, Syriam, Palæstinam, Galliam, Britanniam minorem, Burgundiam superiorem, VVestriæ partem, Germaniam, Sueuiam, Silesiam superiorem, Poloniam minorem, Angliæ regnum.

Ex vrbibus:

Neapolim, Capuam, Anconam, Imolam, Ferrariam, Florentinam, Veronam, Bergamum, Lindauiam, Traiectum, Brunsuicum, Cracouiam, Massiliam, Cæsaraugustam.

TAVRVS HABET EX regionibus.

Parthiam, Mediam, Persiam, Archipelagi Insulas, Cyprum, Asiam minorem maritimam, Russiam albam, Poloniam maiorem, Suetiæ partem, Irlādiam seu Hiberniam, Lotharingiam, Campaniam, Heluetiam, Rhetiam, Franconiam.

Ex vrbibus:

Burgum Hispaniæ, Bononiam, Senas, Mantuam. Tarentum, Panormum, Perusium, Parmam, Caput Hystriç, Brixiam, Tigurum, Lucernam, Nanceium, Metim,

Digitized by Google

Metim, Herbipolim, Caroloſtadium, Lipſiam, Poſnam, Gneſnam, Nouogardiam.

GEMINI HABENT EX regionibus.

Hircaniam, Armeniam, Martianam, Cyrenaicam Marmaricam, Ægyptum inferiorem, Sardiniam, Longobardiæ partem, Flandriam, Brabantiam, VVirtembergenſem ducatum.

Ex vrbibus.

Cordubam, Viterbium, Ceſenam, Turinum, Vercellas, Rhegium, Louaniam, Brugas, Londinum, Moguntiam, Kittingam, Hasfordiam, Bambergam, Norimbergam, Villacum.

CANCER HABET EX regionibus.

Numidiam, Affricam, Bithyniam, Phrygiam, Colchidem, Carthaginem, Granatę regnum, Franciæ regnum, Burgundiæ comitatum, Hollandiam, Selandiam, Scotiæ regnum, Pruſſiam.

Ex vrbibus.

Conſtantinopolim, Tunetum, Venetias, Genuam, Lucam, Piſam, Mediolanum, Vicentiam, Bernam, Treuerim, Eboracum, S. Andream, Lubecum, Magdeburgum, Gorlizium.

LEO HABET EX regionibus.

Phœniciam, Chaldæam, Orchiniam, Galliam togatam, Alpes, Italiam, Siciliam, Apuliam, Bohemiæ regnum, Turciæ partem, Æmiliam, Sabinam.

Digitized by Google

Ex vrbibus.

Damaſcum, Syracuſas, Romam, Rauennã, Cremonam, Vlmam, Confluentiam, Pragam, Linzium, Cremiſium, Croton, Peruſiæ partem, VVittembergam.

VIRGO HABET EX regionibus.

Meſopotamiam, Babyloniam, Aſſyriam, Achaiam, Græciam, Croatiam, Carinthiam, Atheſinam, Cretam, Athenienſem Ducatum, Galliæ comatæ partem, Rheni partem, Sileſiam inferiorem.

Ex vrbibus.

Hieroſolymam, Corinthum, Rhodum, Nouariã, Aretium, Cumas, Brunduſium, Papiam, Siginam, Toloſam, Lugdunum, Lutetiam Pariſiorum, Baſileam, Heidelbergam, Erphordiam, Vratislauiam.

LIBRA HABET EX regionibus.

Bactrianam, Caſpiam, Seres, Thebida, Oaſim, Troglodyticam, Æthiopiam, Tuſciam, Sabaudiam, Delphinatum, Alſatiam, Sundgauiam, Liuoniam, Auſtriam, Pannoniam.

Ex vrbibus.

Olyſiponem, Arelatum, Caietam, Laudam, Sueſſam, Placentiam, Veldkirchium, Friburgum Briſgoiæ, Argentinam, Spiram, Francofordiam ad Mœnum, Halam Sueuorum, VVimpinam, Heilprunnam, Friſingam, Mosbachium, Landshutam, Viennam Auſtriæ.

SCORPIVS HABET EX regionibus.

Matragonitidam, Commagenam, Cappadociã Iudæam,

Digitized by Google

Iudæam, Idumæam, Mauritaniam, Getuliam, Cathaloniam, Norwegiam, Suetiam occidentalem, Batauiam superiorem.

Ex vrbibus.

Algetam, Valentiam Hispaniæ, Trapezuntem, Vrbinum, Aquileiam, Pistorium, Camerinum, Tarusium, Patauium, Forum Iulij, Messanam, Viennam Allobrogum, Aichstadium Monacum, Cædanum, Ariminum, Cremam.

SAGITTARIVS HABET EX regionibus.

Arabiam felicem, Tyrrheniam, Celticam, Hispaniam, Dalmatiam, Slauoniam, Vngariam, Morauiam, Misniam, Prunsuiciam, Liguriam vbi Genua, Lunesanam.

Ex vrbibus.

Toletum, Volaterras, Mutinam, Narbonam, Auenionem, Coloniam Agrippinam, Stutgardiam, Rotemburgum, Tubetinum, Iudeburgam, Budam, Caschouiam, Astum, Firmum.

CAPRICORNVS HABET EX regionibus.

Indiam, Arrianiam, Gedrosiam, Macedoniam, Illyridem, Thraciam, Bosniam, Albaniam, Bulgariam, Græciam, Massouiam, Lithuaniam, Saxoniam, Hassiam, Turingiam, Marchiam Stiriæ, Orchades Insulas, Moream, Romandiolam.

Ex vrbibus.

Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Mechliniam, Gandauum, Vilnam, Oxouiá, Brandeburgum, Augu-

Digitized by Google

Vindelicorum, Constantiam, Derrhonam, Fauentiam, Tornonam, Pratum.

AQVARIVS HABET EX regionibus.

Oxianam, Sogdianam, Arabiam desertam & Petræam, Azaniam, Amazoniam, Sarmatiam, Tartariam magnam, VValachiam, Russiam rubeam, Daniam, Suetiæ meridionalem partem, VVestphaliã, Mosellanos, Pedemontium, Bauariæ partem.

Ex vrbibus.

Hamburgum, Bremam, Montem serratum, Pisaurum, Tridentum, Salisburgum, Ingolstadium, Forum Sempronium.

PISCES HABENT EX regionibus.

Phazaniam, Nazomonidem, Garamantes, Lydiam, Pamphiliam, Ciliciam, Calabriam, Portugalliam, Normandiam, Galitiam, Lusitaniam.

Ex vrbibus.

Alexandriam, Sibiliam, siue Hispalim, Compostellam, Parentium, Rhotomagum, VVormatiam, Ratisponam.

NOTANDVM.

Si in regionibus consentient omnes significatores certa habebit loca. si discordabunt, confirmabit ea Solis & Lunæ significationibus.

Consentiunt in hoc omnes Astrologi, quod si pars itinerum & reliqui significatores fuerint in signis terreis, significentur itinera per terram: si in aqueis, per aquam.

Redi-

Digitized by Google

Reditum ex peregrinis locis promittunt, Saturnus in propria domo, Mars in ascendente, habens Imperium in nona, Venus coniuncta Mercurio, Iuppiter & Mars aspicientes Lunam.

Detinent in locis peregrinis natum significatores viarum exules, peregrini atque afflicti. Item Mercurius exiens radios Solis, in medio cœli cum Marte, item Saturnus in domo Lunæ.

His adde, quæ dicentur infra de morte nati extra patriam.

Impedimenta quæ accidere in itinere solent ex statu significantium astrorum erue. Nam afflicta aut maligna, per se nulla societate bonis copulata multum periculi, pro cuiusq; natura indicant, vt: Saturnus ex tristitia, odio atq; insidijs. Mars ex rapinis, latronibus. Luna afflicta ex submersionibus. Item si eadem in septimo loco: si domini triplicitatum luminaris temporis cadunt: si Almuthen vel Mars ipse hostili copulatione Saturno inuoluitur. Hæc enim omnia periculosa itinera nato minabuntur.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam voluminibus congestum.

DE ITINERIBVS.

Significatores itinerum sunt:

I. Nona & tertia domus, earumq; domini.

II. Planetæ in nona & tertia domibus existentes, aut eas suis radijs collustrantes.

III. Luna & Mercurius, quod hic sit instabilis, ac versatilis: illa vagabunda ac velox motu.

Iudicium de eo, ad quam mundi plagam instituenda erit peregrinatio, sumitur primum ex Planetis itinerum significatoribus, secundum ex signis Zo-

Digitized by Google

diaci, in quibus sunt Planetæ decernentes itinera.

Planetæ *Orientales*, hoc est, qui præsunt Orienti, vt Saturnus & Sol decernunt itinera respectu patriæ versus Orientem: *Meridionales*, vt Venus versus Meridiem: *Occidentales*, vt Mars & Luna versus Occidentem. *Septentrionales*, vt Iuppiter versus Septentrionem. Mercurius incertæ est naturæ, coniunctus orientali orientalis est, & sic de reliquis.

Igneæ signa, vt ♈, ♌, ♐, decernunt peregrinationem versus Orientem respectu patriæ.

Aereæ, vt ♊ ♎ ♒, versus Occidentem.

Terreæ, vt ♉, ♍, ♑, versus Meridiem.

Aquæ, vt ♋, ♏, ♓, Septentrionem versus.

HALI *aliter loca distribuit Planetis.*

Punctum Orientis Soli: Occidentis Saturno: Septentrionis Mercurio, Meridiei Marti: spatium inter Orientem & Septentrionem Ioui: inter Septentrionem & Occidentem Lunæ: inter Occidentem & Meridiem ☋: inter Meridiem & Ortum Veneri.

Pro partibus seu plagis mundi, ad quas natus susceptus sit iter, considerabis etiam hoc, quæ figuræ loca Planetæ itinerum significatores teneant, & secundum illorum situm de itineribus iudicabis.

Si pars fortunæ fuerit in tertia vel nona, per totam fere vitam natus erit in regione extranea.

Regiones & ciuitates subiectæ signis primæ, decimæ, vndecimæ & secundæ domorum radicis, si non fuerint domus illæ læsæ à malis, commodæ sunt nato ad habitandum, vel ad res gerendas. Sic quæ sunt sub signo Iouis, Veneris, Solis & ☋, in radice præsertim si eadem occupent primam, decimam, vndecimam vel quintam, nonam & tertiam.

Ad-

Digitized by Google

Aduersæ sunt nato regiones, quæ sunt subiectæ signis, in quibus sunt Saturnus & Mars, & ♑ in radice, præsertim si in septima, quarta, duodecima, sexta aut octaua constituantur.

TERTIÆ PARTIS CAPVT QVINTVMDECIMVM.

DE AMICIS.

LOCVS *in figura, ex quo amicitias diiudicamus, est undecima, quare si ibi reperitur bonus planeta, & præcipua, Iuppiter, nec combustus, nec retrogradus, communem fauorē in omnibus significat, præcipue si in ascendente aliquid imperii obtinet, similiter in loco Solis in die: Luna, in nocte.*

Si MERCVRIVS in loco Iouis affuerit doctorum atq; prudentum animos conciliabit sibi facilime, ac magis, si signum humanum obtinet. Alias ibi constitutus, mercatores amicos facit.

SOL amicitias regum & potentum, consiliariorumque regis conciliat.

VENVS amores mulierum, sed inconstantes admodum affert.

IVPPITER si non fortis in eo loco residet, facilime magnorum animos, ac in natum odia concitat.

Si SATVRNVS & MARS ibi existit, ab amicis molestias & rixas nunciat.

LVNA si fuerit in dicto loco, vel alias non deiecta, nec vllis malorum insidijs petita, gratos facit plebi, ac communem fauorem impertit.

Inspicienda est etiam pars amicorum, quæ sumitur de die simul ac nocte, à Luna in Mercurium, distantiam Orienti adiiciendo, & secundum naturam signi loci, atque Planetæ vel gubernantis vel aspicientis partē amicorum iudica.

Si

Digitized by Google

Si enim SATVRNVS & IVPPITER vel gubernauerint vel aſpexerint hanc partem vel etiam domũ vndecimam, cum pars & iſti fuerint in locis bonis, amicitias parant cum alijs, occaſione agriculturæ atq; hæreditatis.

SATVRNVS & MARS ſemper odia excitant.

SATVRNVS & VENVS contrahendis affinitatib. ioſeruiunt, quæ tamen ſubito diſſoluuntur.

SATVRNVS & MERCVRIVS rebus vitæ neceſſarijs & mercatura amicitias iungunt.

IVPPITER & MARS dominij ac poteſtatis ſocietate.

IVPPITER & VENVS occaſione mulierum, ſacrorum eccleſiaſticorum functione.

IVPPITER & MERCVRIVS ſimilitudine ſtudiorum, & ſingulari quodam fauore.

MARS & VENVS amoribus clandeſtinis.

MARS & MERCVRIVS contentionibus & rixis diſiunctos tandem copulant, ſed haud firmo vinculo.

VENVS & MERCVRIVS occaſione ſtudiorum & mulierum.

ALBOHALI Veneris ſtatum in amicitia iubet obſeruari. Hæc enim vt amoribus imperat, ſic ad amicitias conflandas aptiſſima eſt.

Quare ſi fortis, ſi cum placidis, & præcipue cum proſpero & domino vndecimæ ſociata erit, proſperos amicos multos largitur, nec non candidos.

Econtra ſi affligitur, & contrario modo ſe habet, paucos admodum amicos minimeq; ſynceros obtrudit. Et ſi illa feliciter poſita, natiuitatibus imperat, vt Almuthen, & magis ſi cum Ioue congreditur, feliciſſimas cum claris hominibus conuerſationes pollicetur. Elice ex vndecima, eius domino, parte ami-

Digitized by Google

te amicorum, & Venere, nec non harum dominis Almuthen. Is enim hominum conditionem monstrabit, quorum familiaritate & amicitia frequentius vtetur natus.

Si significatores dicti cum domino ascendentis habuerint consuetudinem, sua loca recte inuicem colluſtrantes, constantes amicitias efficiunt.

Si non ascendentis domino se associant, sed in tropicis signis fuerint, nunquam candore probatos amicos experietur natus. Et si dominus vndecimæ impedierit dominum ascendentis, amicorum causa moleſtias ac damna patietur.

Dominus vndecimæ, bonus ac fortunatus, bonos & fortunatos amicos: si afflictus atque malus, malos ac viles amicos indicat.

ALBVBATER Planetam in tertia existentem significatoribus dictis adiungit, quia hæc domus affinitatis est, actum cognatos, tum amicos indicat. Plura require apud eundem cap. xx. & sequentibus.

Aliud iudicium ex aliis quibuſdam voluminibus congeſtum.

DE AMICIS.

Pro amicis conſideranda ſunt.

PRIMO, domus vndecima & quinta, & Planetæ illas vel occupantes vel gubernantes.

Si sunt benefici & fortes dominumque genituræ bono radio colluſtrant, amicos nato pollicentur fideles, taleſq; à quibus emolumenta ei accident.

Si malefici, vt ♄ & ♂, contrarium pronunciandum.

SECVNDO: *hi Aphoriſmi conſiderentur.*

1. Si loca Solis, Lunæ, partis fortunæ & ascendens

Digitized by Google

dens alicuius natiuitatis fuerint similia Soli, Lunæ, parti fortunæ & ascendenti alterius, vel saltem maior pars.

II. Si luminaria fuerint commutata.

III. Si in vnius natiuitate ☉ aut ☽ aspexerit de △ vel ✶ Solem aut Lunam alterius.

IV. Si ascendens vnius fuerit in vndecima aut quinta alterius: indicatur, summam futuram inter natos beneuolentiam.

TERTIÆ PARTIS CAPVT SEXTVMDECIMVM.

DE INIMICIS.

Alii, vt Schonerus & Iunctinus sumunt partem inimicorum de die & nocte à domino domus duodecima in gradum & minutum domus duodecimæ, & deinde proiiciunt ab ascendente.

INIMICORVM *significatores sunt duodecima domus, cum suo domino, & pars inimicorum, quæ sumitur in die à Saturno in Martem, nocte econtra, & proijcitur ab ascendente. Item ♄ (nam in natura significat odia hominum) nec non Planeta conmorans in duodecima: postremo Almuthen, qui ex dictis locis elicitur.*

Considera igitur dicta loca, num sub bonorum potestate aut territorio bene se habeant, & num loci malitia vel bonorum radijs vel præsentia mitigetur. Nam sic, paucos hostes atque inimicos, præcipue si dicti significatores ascendentis aut eius domini amici fuerint, habebit, aut certe parum efficaces.

Econtra, si mali ibi fuerint, & præcipue ♄, acerrima odia struere nato solent, ac magis, si præ cæteris ♄ prærogatiuam habuerit.

Similiter si fortuna aspicit partem inimicorum, & illi in angulis communibus occurretur suffragiis, nullos aut paucos admodum infestos habebit.

Contrarium eueniet, si malorum stimulis eadem exagitatur.

Digitized by Google

Et

Et nota: si domini dicti loci aut partis inimicorum sunt maligni, fortes, in angulis atque dignitatibus, eleuati supra bonos, potentes atque validi hostes natum perturbabunt, à quibus vix sine magno periculo se subducet, præcipue si dominus ascendentis ab illis damnatus fuerit.

Contrarium iudicandum est, si superiores fuerint boni, libere posito ascendentis domino. Hic enim potestatem nato in hostes concedit.

ALBVBATER *inquit*: si duodecimæ signum & dominus eius, nec non pars inimicorum in signo communi fuerint, multi sunt timendi hostes.

Porro signa in duodecimo loco reperta hostium significatores monstrabunt.

Gemini in duodecima parum nocuos hostes concitant.

Cancer vero timorem hostium injicit, quia exaltatio Iouis est.

Leo potentes ac multum timendos in natum armat aduersarios.

Libra, quæ Saturni exaltatio, multos hostilibus animis nato aduersantes reddit, sed tamen viles & dejecti tales erunt.

Pisces sine culpa nato ossores faciunt.

Sed Planetæ etiam proprio suo significatu, vt in reliquis domiciliis imperant, hostium conditionem commonstrabunt.

Sic si dominus duodecimæ imperat in quarta, odijs natus petetur parentum.

Saturnus viles homines abalienat.

Iuppiter honoratos, Magistratus atq; iudices.

Mars milites, atq; latrones.

Sol reges ac patrem.

Mercurius doctos.

Venus

Digitized by Google

Venus mulieres.

Luna plebem, animis à nato auersis hostes adducent.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus congestum.

DE INIMICIS.

Significatores.

I *Planetæ, qui sunt in septima & duodecima.*

II. *Qui luminaribus opponuntur.*

III. *Saturnus considerandus est. Nam is natura significat odia hominum.*

Si plures in duodecima & septima constituuntur & fortes, portendunt plurimos inimicos: contra, si pauci, aut nullos, aut debiles.

MARS circumdans alterum luminare, & fortior existens reliquis Planetis, significat natum fore inimicis suis superiorem.

Dominus ascendentis fortis significat victoriam super inimicos, & potestatem ac imperium nato in hostes concedit.

Notandum: si vni ascendit signum, quod alteri est in duodecima, sexta aut octaua: & econtra: illos inter se nunquam conuenire, sed à se inuicem alienatos semper discordare.

SATVRNVS aut MARS in vndecima ab amicis molestias nunciat, quod hi duo semper odia excitent. Sic etiam in quinta, sed debilius.

MARS & duodecima apertos: ☿, ♄, & septima occultos inimicos significant.

Si luminaria vnius alterius luminaria per quadratum aut oppositum affligunt, inimici crudeles erunt.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS CAPVT SEPTIMVMDECIMVM.

DE CARCERIBVS.

HOSTIBVS atque inimicis proximi sunt carceres, in quos coniiciet natum dominus ascendentis in duodecima, & in signo humano. Sed si à domino nonâ vel tertia aspiciatur, ex vinculis liberabitur. Si autem Orientis dominum ibi comburitur, mortem in vinculis minatur. Hermes propositio 95.

Si ☿ in sexta fuerit impeditus, natus in carcere morietur.

Si ♃ in duodecima, includetur carceri.

Si ♀ in octaua, præcipitium patietur.

Carceres etiam minatur duodecimæ significator in infimo loco cœli, in gradibus & locis putealibus, similiter si in quarta vel octaua vires dicti domini Solis vicinitate destruuntur.

Significat hæc duodecima domus & præcipuè tertius dominus triplicitatis eius, animalia maiora, vt equos, asinos, boues, ex quibus secundum dicti domini affectionem commodum aut incommodum iudicabis.

Abrahamus inquit, si Saturnus, Iupiter, Mars, non fortunati in duodecima collocantur, significatur à bestiis malum, vt casus ex equis, ictus, contusiones, morsus, ac magis, si in ferinis signis affliguntur. Oppositum domicilium scilicet sexta, parua animalia & gregalia significat, quorum conditionem indica ex domino tertiæ triplicitatis huius domicilii.

***

Digitized by Google

Aliud iudicium aliunde sumptum.

De Captivitate.

Sumitur de captiuitate iudicium:

I. *Ex duodecima domo, eiusq; domino.*
II. *Ex Planetis qui obtinent, vel aspiciunt domum duodecimæ, aut dominium habent in ea.*
III. *Ex prima domo & eius domino.*
IV. *Ex domino genituræ.*
V. *Ex statu Saturni aut Martis.*
VI. *Ex signis.*

Martialia signa violenta vincula.
Saturnina verò fraudulenta & subdola.
Mercurialia propter doctrinam.
Veneria propter vxorem & concubitus.

Mars plerunque in duodecima, si ascendentis est dominus affert captiuitatem, quemadmodum etiam oppositus Martis & Saturni, ex prima & septima, aut ex octaua & secunda, altero dominante in duodecima domo. Subitaneam quoque mortem minatur, si vnus habet dominium octauæ domus.

Leouitius ponit septem Regulas, seu Aphorismos.

PRIMA.

Luminare alterutrum læsum ab alterutra maleficarum in angulis, coniunctione, oppositione vel quadrati aspectu, ita vt luminarium vtrumque, vel alterum siue quod læditur à malefica, siue quod liberum, constituitur in domibus maleficarum, *vtpote* ♈, ♎, ♑, ♋, *aut* ♒, *& altera ex maleficis in* ♌ *aut* ♊, *carcerem vel captiuitatem minatur.*

SE-

Digitized by Google

SECVNDA.

Luminare alterutrum in duodecima coniunctum cum altero maleficorum, Saturno vel Marte si imbecilles sint, captiuitates denunciat.

TERTIA.

MARS occupans septimam aut duodecimam domum in ♈, ♏, ♑, ♓, ♌, aut ♋ constitutus, & alterutro luminarium ab eo vel Saturno læso aspectu placito, vel partili carcerem minatur.

QVARTA.

SATVRNVS & MARS respicientes se quadrato vel opposito radio, vel coniuncti extra domicilium, altitudinem, aut receptionem beneficorum aut luminarium, si vterq; eorum vel alteruter duntaxat sit directus, & dominium vel altitudinem sibi vendicet in principio septimæ vel decimæ domus, carcerem portendunt.

QVINTA.

Dominus duodecimæ in essentiali dignitate Martis, & angulum Occidentis occupans, à maleficis partiliter damnatus, captiuitatem minatur.

SEXTA.

Dominus duodecimæ domus in detrimento vel casu suo damnatus à maleficis partilitet vel platicè, carcerem portendit.

SEPTIMA.

SOL & LVNA coniuncti in octaua domo, in quouis signo, exceptis suis domicilijs & Tauro, plerunque carcerem denunciant, nisi interueniat insignis aliqua benignorum prohibitio.

Digitized by Google

TERTIÆ PARTIS CAPVT OCTAVVMDECIMVM.

DE MORBIS.

RESTANT duo vltima capita ex bonis corporis, quæ pro conclusione nunc reliquis subiiciemus, quorum primum est de morbis. Iudicaturus autem de illis considera horoscopum, domum septimam, Solem, & secundũ Alhohalim Lunam, qua loca si bene fuerint dispositæ, hoc est, si benefici, fortes, ea vel gubernauerint, vel præsentiæ aut faustis radiis fouerint, & à malis eorumque aspectibus maleuolis fuerint libera, pronunciabis hominum corpora habitum & valetudinem satis firmam. Quod si contrario modo sese habuerint dicta loca, corpus nam imbecille esse dices, ac multis morbis obnoxium.

Obseruentur quoque in iudicio morborum dominus genituræ cum domino corporis, vel quem corporaturæ, secundum Pontanum, dicimus dominum; domus sextæ cum suo domino; pars morborum, quæ sumitur de die à Saturno in Martem, nocte econtra, addendo distantiam orienti: dominus item primus triplicitatis sextæ; & Planeta in sexta constituturus. Quæ loca omnia prædicta si in bono fuerint statu, corporis sanitatem promittunt. Si verò in malo, morbos minantur.

Et notandum, si maleuola stella leuiter prædicta omnia affecerint malis testimoniis, leues & citò curabiles morbos; si potenter oppressirint, diuturnos & ferè incurabiles portendi.

Oportet autem non illotis manibus in morborum præsagia irruere, sed diligenter animaduertere, quales morbos quilibet significator inferat. Deinde quæ eum ad Planetarum significata conferunt signa, in quibus significatores reperiuntur: id quod tals exemplo disces.

Digitized by Google

Si

Si MARS, qui violenter vulneribus lacerat corpora, & acutioribus morbis affligit, reperitur in signo igneo, potentiùs sua mala exercet.

Si in ♈ fuerit, in capite hæc mala indicat, ac magis si in prima.

Sed hæc ex illis, quæ supra diximus de signis atq; Planetis, differe poteris, & ex tabula, quam scheuerus eruditè in sua Isagoge reliquit.

Sunt in corpore humano duo, quæ dolere solent, corpus & anima. Sed anima non patitur aut dolet, nisi condolente corpore, & organis, quibus suas perficit actiones, distortis ac depravatis. Quare & huius affectiones ratione corporis ex astris Astrologus colligere poterit.

Libet itaque morbos, qui mentem perturbant, ex certis constellationibus primum annotare.

Plura relinquemus Albubatri & doctissimo Ptolemæo.

Morbi animi.

Supra traditum est, cùm de anima nati ageremus, Mercurium præ cæteris Planetis rationi dominari, nec non Lunam cooperari Mercurio. Quare si illi Planetæ mutuis odiis pugnant in locis deiectis, ac signis pugnantibus, imò si nullo modo se aspiciunt, insania atque mentis depravatione natum laboraturum indicant. Ac magis si Saturnus & Mars nocte (quia hæc conditio vtriusque contraria est) superiores dictis Planetis fuerint, & mala testimonia ex fortibus locis figuræ attulerint, & omnia maximè ex ascendente, vel si fuerint in ♋, quod Lunæ domicilium est, aut in ♉, in quo Iupiter exaltatur, aut in ♑, quod signum Mercurii, ratione deiectionis, impedimentum efficit.

Digitized by Google

Idem malum præsagiunt in mente Mars & Mercurius in Occidente.

Simili modo nocet cerebri functionibus ☉ in Occidente, aspicientibus Saturno & Marte, aut si Sol & Luna in octaua conueniunt, fortiter ab infortunis percussi. Item, si dominus duodecimæ in sexta, aut sextæ in duodecima fuerit: si Saturnus in medio cœli, Mars autem in opposito angulo, aut si alter in alterius fuerit finibus, ad insaniam connectent mentem nati.

Ac simul semper animum intentum habere debemus in Solis statum. Nam is vitalibus præest spiritibus, vnde etiam animales immutantur. Multæ autem sunt species corruptæ rationis, vt stoliditas, melancholia, imaginationis depravatio, &c. quas colligere possumus à natura Planetæ, potissimum dictæ loca inficientis.

Si enim Saturnus, frigiditate & siccitate cerebrum laborabit, vnde dictæ species oriuntur.

Si verò Mars, insania & phreneſi mens violenter cruciabitur.

Venus in horoscopo, ♄ in quarta, existentes, entheasticos faciunt, hoc est, singulari impetu vaticinantes.

Idem eueniet, si in nona talis fuerit constellatio in aliquo signo Mercuriali, & si Luna Saturno copulata fuerit.

Sed cum satis multa iam de anima morbis annotata sint, & apud Pontanum ac Albubatrem specialiorum Astrologicorum decretorum quasi fasciculus est, hic diutius immorari nolo. Ad corporis igitur morbos deueniamus.

Morbi corporis.

Morbidum corporis statum declarat Luna, vt corporis præses, afflicta in angulis præcipuè in a-

Digitized by Google

scen-

scendente. Item, si superiores significatores & loci, cum luminaribus malis iunguntur, vel comburuntur, aut alias parum vitium obtinent.

Et si ipsis Cardinibus, Ascendenti & Occasui Saturnus vel Mars adhæserint, aut quadrati vel oppositi loca illa expugnauerint.

Sic de Almuthen dictorum locorum iudicare poteris.

Idem quoque iudicium, si domini ascendentis & sextæ in malis locis fuerint; aut si dominus sextæ in ascendente, aut ascendentis in sexta.

Si nec his significatoribus acquiescis, ad partem morborum accede, & vide num à malis aspiciatur, vel copulata in cardine fuerit cum malis, laborante vel natura malo existente eius domino.

Et, quod supra dixi, Mars non parum confert robori & valetudini corporis, si primum collocatur, in suis dignitatibus, si prosperè ad Solem se habet, nec certat hostiliter cum dictis significatoribus.

Obseruandum porrò est illud Albohali dictum, cum inquit: In sexta domo si fortior significator morborum (quem alias Almuthen dicimus) fuerit Saturnus, aut si dicta loca per Saturnum languent, multæ natum infirmitates corripient, ex frigore atque humore ortæ, vt sunt hydropisis, suffusiones, catharri, καχεξία, apoplexia. Hi autem morbi certiores erunt, si ♄ in frigidis atq; humidis locis fuerit, & vel sextæ, vel alii significatores in iisdem respondent.

Ex siccitate verò atque frigiditate morbos affert, si in terrestribus fuerit signis. Hæc enim sua natura marcescere corpora siccitate & squalore faciunt. Tales sunt morbi orti ex melancholia, vt cancer, colica passio, elephantiasis, scirrhi splenis.

Si loca Saturni Mars sua malitia obtulerit, acutos atque calidos morbos ex cholera rubra adusta, nec

Digitized by Google

non sanguinem impurum ac combustum inducit corporibus, vt sunt febres cholericæ, phreneses.

Et hæc magis vel minus eueniunt, prout signi vel anni ratio, quo quis natus est, conuenierint.

Sed si fortunæ dictis locis imperant, tunc morbos impediunt, aut si morbis concitandis aliquo langueore apti fuerint, mitiores hos faciunt atque curabiles.

Abrahamus inquit, si Almuthea combustum deprehenderis, dic illud membrum passurum, quod indicatur secundum rationé, quam in V diximus.

Hoc malum secundum Albohali augetur, si ☉ de die; ☽ de nocte malè affecti, huic significationi non repugnant.

Si tempus, quo natus affligi frequentius poterit, scire volueris, vide, an Planetæ significatores fuerint in occidentali regione, aut in ipso ascendente. Tunc enim in principio vitæ natus labombit & primis annis.

Si in medio cœli, iuuenatus morbis obnoxia erit.

Si in occasu, senectus per se morbus morbosior reddetur.

Si in quarta, in extrema senectute, & morbus cum morte natum inuadet.

Et nota hic, quod Ptolomæus inquit:

Cui ascendit Taurus vel Scorpius, is sibi plerumque morborum causa erit.

In parte dextra morbi euenient, si significatores in medio cœli fuerint, aut si sub terra in opposito angulo.

In sinistra verò parte, cùm nullos cardines occupauerint.

Hic obserua, quod Firmicus lib. 6. aquotatum reliquit:

Si

Digitized by Google

Si Horoscopus in masculino signo, & maleuola in duodecima fuerit, morsus canum & pericula à bestiis significantur.

Item, summam humorum pugnam, & fœdissimos corporis in exterioribus partibus morbos indicant, Sol, Luna, Mars, in tropicis signis, præcipue si ita concurrunt in angulis, videlicet ascendente & occasu.

Hæc sufficiant de morbis, plura requirant lectores apud Ponteanum & Albubatrem capit. 53. & sequentibus, & apud Firmicum libro sexto in catholica siderum enarratione.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus collectum.

De Infirmitatibus.

Valetudo corporis cognoscitur:

I. *Ab horoscopo & domino eius.*
II. *A luminaribus, sed magis à Luna, quam à Sole.*
III. *A sexta & domino eius.*
IV. *A Planetis in quinta domo.*

Quod si omnes significatores fuerint liberi & fortes, aut maxima pars, significant corpora sana & valida.

Genera morborum, qui natum infestabunt, deprehenduntur ex natura eorum significatorum, qui aut debiles sunt, aut à maleficis infecti.

PTOLOMAEVS.

Mars in ascendente facit cicatricem in facie, nisi sit in propria domo. Et hoc in multis natiuitatibus est deprehensum.

Digitized by Google

Beneficæ in sexta sanitatem significant, maleficæ morbos.

TERTIÆ PARTIS CAPVT DECIMVMNONVM.

DE MORTE.

DE morte iudicaturus primum omnium ad oppositum horoscopi cardinem respicere debes. Nam vt exoriens cœli pars vitam affert, sic quæ ad occasum vergit, regio contraria, omnia secum præcipitat, & quasi ad inferos ducit. Quare veteres eleganter cum in cœlo, tum in figura, vaticinium apta diuino haud dubie afflatu delegerunt loca, vnde tanquam ex classe atque ordine suo qualibet de rebus humanis desumerent.

Respiciendum est itaque ad occidentem cardinem, quibus is signis aut terminis includatur, & num aliqui Planetarum ibi existant.

Nam si signum aut terminus auspicatorum Planetarum ibi fuerit, & vel malorum præsentia, vel aspectu caruerit, annuentibus luminaribus (quod Ptolomæus in primis obseruat) & dictorum locorum dominis, nihil damni in extremis fatis est pertimescendum.

Quod si his aspirauerit ascendens, atq; vel ipsius loci vel eius domini vigor, malis de causis elanguerit, propelluntur longius duriora mortis pericula.

Contrarium est censendum, si malis, in dictis locis dominium cesserit.

Arabes ab octaua domo mortem speculari docent, quod ea tanquam in vestibulo septimi loci constituatur. Is itaque locus, vt septima domus, est considerandus.

Vbi

Vbi satis hîc inquisitionibus de mortis iudicio te confirmaueris, partem mortis, sicuti de aliis audiuisti, aspice, num & ipsa in bonis locis aut deiectis fuerit, malumne vel naturæ vel conditioni aliquæ eius sit dominus, cui iunge Planetam existentem in cardine septimæ.

Sunt qui septimam domum simul cum reliquis significatoribus obseruant, non quidem, vt mortis inde qualitatem eliciant, (cui tamen rei ille locus inseruit) sed vt colligant, quid mortuo post obitum contingere possit, vt quæ opinio post mortem, quæ sepultura. Sed illa ex Hali diligenter discenda sunt. Nos à generali doctrina non discedemus.

Primum itaq; naturalem exitum, nec violentum pollicentur fortunæ, non oppressæ, vel à malis, vel solaris radiis, in octaua, vel septima. Aut cum dicta loca felicibus aspectibus, prospere, remotis malis, fortunæ fouent, quod idem docet Abrahamus.

Et est vniuersaliter approbatum ab Astrologis, quod felices in dictis locis existentes, vel imperantes, aut habentes ibi dominium, à Marte & Saturno salui, mortem non violentam pollicentur, ac magis, si stellæ fixæ beneuolæ bonis affulserint, & luminaria, vt Sol de die, Luna de nocte, non fuerint afflicta. Sic si vitæ necisque potestatem habet Venus & Iupiter, quod euenit, si ♂ ascendit: nam tum in octaua est ♎. Iouis exaltatio: aut quando ♎ in horoscopo emergit: tum enim in octaua statione ♉ figitur, quod signum Veneris domicilium est, & Lunæ exaltatio, quæ in octaua gaudet.

Respiciendum tamen hîc erit simul ad ☽ conditiones. Nam si in locis iam dictis, vt septima vel octaua imperium obtinet, impedita à malis, aut radiis solaribus, violenter natos interficit.

Ptolomæus duriora fata ab infortuniis coniunctis, &c

Digitized by Google

ctis, & præcipue in malis locis ac signis peregrinis, & ab eorum radiis quadratis vel oppositis ad septimæ signum vel octauæ colligit, eligendo ex significatoribus, qui potior sit potestate & viribus.

Sed hic semper (vt prius etiam monui) respiciendum est vna ad luminaria. Nam illis oppressis fœdius grassantur malæ constellationes.

Sed vt qualitatem mortis cognoscas, respice ad præcipuum significatorem ex Planetis, qui de morte iudicium conferunt, & huic iunge Almuthen, qui sumitur ex gradibus ascendentis, eius domino, ab octaua, huiusque domino & parte mortis, itemque eius domino; nec non Sole, de die; Luna vero de nocte.

Pars autem mortis sumitur die ac nocte à gradu Lunæ in gradum octauæ domus, & proiicitur in gradum, in quo fuerit.

Si igitur Saturnus dictorum locorum princeps fuerit, & feliciter in suis locis residet, Martis malis radiis non inuolutus, ex longis morbis frigidis & siccis, & tristitia obiturum significat natum.

Si vero impeditur in peregrinis signis, cadens ab angulis, & exaltatione propria, casu mors portenditur, ac certius, si in terreo fuerit.

Si in aereis signis decimum locum figuræ occupat afflictus, suffocationem & suspendia affert.

Si in aqueis signis obambulat in occidentali plaga, in aquis & puteis natum vita priuabit.

Si Iupiter bene consistet in genesi, mortem affert ex sputo sanguinis, pulmonum morbis, stomachi dolore ac nimia vini potatione.

Si impeditur, violenter ad supplicia raptos publice interimit, ac magis si male à Marte & Sole copulatur,

Digitized by Google

latur, his in dignioribus, illo vero in deiectis cœli partibus collocatis.

Si Mars non impeditus fuerit, ex caliditate, morbisque concitatis, nec non subita morte natos spoliat vita. Si male sese habet, ferro & cæde.

Et obseruandum, qui in aqueis signis vulnera frequentissime infligat, in aereis vero ab equis; in terreis per ruinam, & præcipitia nocumenta mortisq; pericula afferet, nec non lacerationes & præfractiones membrorum, si præfracta fuerint signa. Idem etiam in bello natos perimit.

Sol acutos facit morbos, cordis, stomachi, pulmonum dolorem.

Malus vero Sol propter amicos & consanguineos occumbere facit. In turba & seditione natos opprimit, si infortunatur ex regalibus locis à Marte, & si non consentit Luna aliquo lumine. Nam hæc multitudini præest. Pari etiam ratione tales regum iussu interficiuntur.

Venus dolore & siti enecat; impedita vero nimia Venere & veneno præsertim amatorio.

Mercurius affert maniam, phrenesin, choleram rubram, ac magis, si à Saturno impeditur, hic enim natura inimicus est Mercurio, si malis radiis se illi insinuat.

Impeditus autem natos falsi criminis accusatos aut malorum consiliorum reos pœnas dare cogit.

Luna crapula ac nimiis humoribus, item luxuria è medio tollit homines. Si impeditur, iudica mortem à Planeta, qui impedit.

Porro si duo erunt mortis significatores ex Planetis, miscenda sunt diligenter inter se mortis significationes.

Dictis significatoribus adiungantur stellæ fixæ, in occa-

sura-

Digitized by Google

fu reperta, quæ, vt Ptolomæo placet, etiam mortem portendunt.

Hæc in genere de iudiciis bonæ ac malæ mortis dicta sufficiant. Iam autem subiiciemus quædam specialia.

Natum non moriturum pauperem indicant: primus dominus triplicitatis octauæ fortunatus, vel fortunæ in octaua, signum octauæ non afflictum, aut si terminus fortunæ octauæ ascribitur, domino prospere reperto.

Similiter si fortunæ & præcipue Iupiter felicitet octauam irradiant vel præsentia, vel aspectu.

Contrarius siderum positus natum in paupertate moriturum portendunt. Item, si Mars in septima & Saturnus in Horoscopo, inuicem oppositi, septimam domum, & locum vitæ præsentia & radio opposito contaminant: vt & Sol ac Mercurius in septima existentes, miserum vitæ exitum indicant.

In patria nati honeste moriuntur, si significatores & domini mortis fuerint in suis domiciliis & exaltationibus, liberi à malis, in angulis & præcipue in ascendente & quarta.

Contrarium ex contrariis Planetarum conditionibus collige.

Mars in ascendente, aspiciente etiam Ioue partem mortis in aliquo angulorum, extra patriam fata significat.

Dominus septimæ in duodecima, Iupiter, Venus, Mars & Luna in nona existentes, siti atq; venenatorum morsibus natum occumbere faciunt.

Si pars mortis cum domino suo in peregrinis locis, & itinera significantibus reperti fuerint, extra patriam natum moriturum notat; *Quod idem quoque de reliquis significatoribus intelligendum est.*

Sol

Digitized by Google

Sol in medio cœli in quadrato vel opposito Martis exules non facit.

Sibiipsi mortem consciscunt, aut certe causa mortis esse solent, quibus ♈ vel ♂ (vt Ptolomæus refert) mergitur, si aliqua societas intercedit inter dominum ascendentis, Mars item in Oriente Luna vero in Cardine oppositio fuerit constituta.

Albubater seipsos suspensuros affirmat, quibus congrediuntur, Sol, Luna, & Venus, Iouem in medio cœli, aspiciente Marte aut Saturno.

Item: si Saturnus & Mars in decima fuerint, domino ascendentis afflicto, & ab illo separato sine aspectu ad ascendens, veneno perimit.

Si dominus octauæ peregrinus infortunatur à Saturno vel Marte, in ♏ vel ♐, à serpentibus tales aut scorpiis, vel oblato ab aliis veneno perimuntur, ♄ in quarta cum Mercurio, errorem per pharmacum, Luna in octaua cum ♄, purgatorio veneno patos necat.

Item: si Venus in termino vel signo Saturni impeditur & affligitur.

Plura violenta ac durioris mortis vaticinia diligentissime complexus est Albubater, ad quem lectorem remitto.

Aliud iudicium ex aliis quibusdam codicibus collectum.

De Morte Et Mortis Genere.

Cognoscitur qualitas mortis.

I. *Ab angulis.*
II. *A loco Solis atq; Lunæ.*
III. *Ab octaua domo.*

Hæc omnia si bona fuerint atq; à Ioue & Venere bene

Digitized by Google

bene disposita, optimam denotant mortem: si à Marte vel Saturno afflicta, malam.

Infortunæ si fuerint in angulis constitutæ, atque malo aspectu intuentes luminaria temporis, mors erit mala.

Inspiciendæ est etiam directio, quoniam si Hylog ambulauerit ad infortunam, & fuerit infortuna sine fortunarum aspectu, vel si Hylog ambulauerit, ab vna infortuna ad aliam infortunam, indicatur etiam mors violenta, secundum naturam infortunæ.

Adunatio Planetarum in septima significat natum mori modo miraculoso.

SCHONERVS.

Manilius ait; si Luna bene collocata fuerit in prima, LXXVIII annos; in decima LXXV; in septima LXXVI; in quarta, LXI annos natum victurum. Quæ tamen vera esse, non credo, cum nimis sint generalia, volui tamen annotare.

Illud plerunq; non fallit, Lunam infortunatam in ascendente, aut coniunctam Soli, breuem vitam designare. Sic etiam dominum ascendentis combustum.

De annis periculosis.

Anni climacterici sunt periculosi, vt supra dixi; Nam singulis septem annis mutatur hominis qualitas & fortuna, propterea quod Saturnus septimo anno ad quadratum loci, & contrarium signum, vndè egressus est, progreditur, & sic criticos annos; quemadmodum Luna dies producit.

Hos annos obseruarunt Philo Iudæus, Censorinus, Gellius, Augustinus, Cicero & Augustus, sic scribens ad filiam: Latare mecum fili; transgressus sum annum LXIII. omnibus senibus periculosum.

Et experientiæ omnium temporum testatur, hos annos virtutes

Digitized by Google

virtutes peculiares in multis rebus habuisse, & etiamnum habere in mutationibus & vicissitudinib. regnorum, morborum, vitæ, conditionis & status.

Firmicus de LXIII *ait, quod hac de causa Effractor ab Ægyptiis dictus sit, quod omnem vitæ substantiam frangat ac debilitet.*

Sumuntur autem anni climacterici à septimo & nono numero: & hi, qui à septimo, hebdomatici dicuntur: alteri à nono, Enneatici.

CICERO septimum numerum omnium fere rerum nodum esse dicit.

HIPPOCRATES ætatem hominis septenario numero constare ait.

SENECA dicit, se exponere non posse per philosophiam, quare septimus quisque annus ætati signum imprimat.

Ego in libro meo de annis climactericis Saturnũ hoc facere ostendi cum reliquis Planetis, qui singulis septem annis, vna cum horoscopi profectione ad oppositum quadratumve signi ad VI, VII, VIII, IX, & XII, domum alicuius natiuitatis perueniunt: quæ sunt loca aduersa, infortunata & formidolosa bonis & vitæ hominum. Et quod Saturnus tot annos fere, quot dies Luna in vno signo commoratur. Hos periculosos & climactericos annos operatur, & has mutationes fortunæ ac humorum causatur Saturnus, eo, quod in generalibus temporũ decretis, non minus momenti habet, quam Luna in dieb. secundum Ptolomæum.

HEBDOMATICI SVNT VII. XIV. XXI. XXVIII. XXXV. XLII. XLIX. LVI. LXIII. LXX. LXXVII. LXXXII. IIXCI. XCVIII. CV. CXII.

ENNEATICI IX. XVIII. XXVII. XXXVI. XLV. LIII. LXIII. LXXII. LXXXI. XC. XCIX. CVIII. CXVII.

Digitized by Google

Inter hos periculosiores sunt, qui per tres hebdomadas annorum ascendunt, vt sunt XXI. XLII. LXIII. LXXVIIII. CV.

Periculosissimi sunt XLIX. LVI. & LXIII.

Primus enim numerus continet septies septem: in secundo numero concurrunt septenarius & octonarius: in vltimo septenarius est & nouenarius. Nam LXIII. anni continent in se annos nouies septem, aut septies nouem.

Videmus enim perite plerunq; his annis, nempe XLIX. LVI. & LXIII. eos qui alicuius sunt nominis, aut in summum discrimen bonorum & vitæ labi. Et superior ætas vidit plures præstantes viros, hisce annis extinctos, quorum catalogũ libet meus, de annis climactericis continet.

Annus VIII. XX. XXXII. XLIIII. LVI. LXVIII. exitium aut interitum affert, secundum Gardanum, si malefici sunt in octaua domo. Nam ascendens in octauam perpetuo his annis per processum deuoluitur. Vbi vero affligitur, significat morbos, itinerum ac corporis incommoda.

Quibus autem nihil accidit periculi, benefícos habent in octaua aut secunda, aut eo anno directio ascendentis & Lunæ felix est, & à noxa aliena.

Annus VII. XIX. XXXI. XLIII. LV. LXVII. plerunq; significat vitæ mutationem.

Nonnulli volunt eum qui natus sit in nouilunio, moriturum in plenilunio: & econtra. Verum ego etsi nonnulla habeam exempla, pro certo hoc affirmare non audeo.

Hoc autem affirmo, memet ex multorum hominum obitu compertum habere, & graui & periculoso morbo decũbentes, vt plurimũ animam reddiderint, Luna in gradu ascendere, vel in medio cœli existente,

Digitized by Google

stente, raro in quarta, vel septima, nunquam fere in reliquis domibus: quod à me & ab alijs multoties obseruatum est. Causam, quare id fiat, alijs discutiendam relinquo.

De Morte Leouitius vndecim regulas ponit.

Prima.

Ambo luminaria in signis violentis, diuersis nec contiguis, mortem violentam portendunt.

Secunda.

Vtrumq; luminare cum stellis fixis violentis intra diffantiam quinque graduum, mortem violentam minatur.

Tertia.

Alterum luminare in signis violentis, alterum cum stella fixa violenta, itidem mortem violentam significat.

Quarta.

Ambo luminaria ab vtroque malefico læsa, ita vt alterum luminare & alteruter maleficorum in signo violento, vel cum stella fixa violenta constituatur, mortem violentam portendunt.

Quinta.

Coniunctio Saturni & Martis in angulo, potissimum vero medij cœli, in signo violento, aut alterutrum luminare infestans, mortem violentam minatur. Idem facit coniunctio, oppositus vel quadratus aspectus maleficarum mutuus in alijs, quã vjolentis signis, ex angulis tamen, altero eorum dominium octauæ domus sibi vendicante.

Sexta.

Maleficus Planeta in octaua domo, & dominus

Digitized by Google

octauæ læsus à malefico, aut natura sua maleficus existens, ac in signo violento, ambobus luminarib. aut eorum altero læso, aut in signo violento constituto, mortem violentam portendit.

SEPTIMA.

Dominus octauæ in Horoscopo, in suo detrimento vel casu, aut in signo violento, vel cum stella fixa violenta, altero luminarium à maleficis infestato, violenta morte perituros significat.

OCTAVA.

Dominus Horoscopi in signo violento, vel à maleficis infestatus: & dispositor luminaris cõditionarij similiter, vel in signo violento, vel afflictus à maleficis, βιοθανάτους significat.

NONA.

Dominus Horoscopi in octaua, natura maleficus & damnatus, morte violenta natum periturum significat.

DECIMA.

Octauæ & primæ domus domini, vtriusq; luminaris dispositores, altero eorum versante in suo detrimento vel casu, altero natura malefico, & damnante alterutrum luminare constitutum in signo violento, violentæ mortis exitum portendit.

VNDECIMA.

Luna in octaua, in signis, quæ violentas stellas habent, vtpote, ♉, ♊, ♋, ♐, & à Sole inimico radio aspecta, vel maligno Planeta octauam occupante, aut saltem dominium octauę domus sibi vendicante, ita vt simul violentum signum occupet, similiter violentæ mortis indicium præbet.

REGV-

Digitized by Google

REGVLA GENERALIS, QVÆ omnibus hactenus positis fidem derogat.

Vna ex fortunis in prima, & altera in octaua, omnia tragicæ mortis, signa infringunt & tollunt, mortemq; tranquillam ac placidam laiguntur.

Significationes mortis ratione domorum, signorum, & Planetarum.

Decima domus mortem à magistratibus, magnatibusq;, aut eorum iussu indicat.

Duodecima, ab equis aut apertis inimicis.

Septima, ab occultis hostibus.

Sexta, à seruis vel vicinis.

Tertia, propter affines & consanguineos, & sic deinceps.

Signa ignea, ex igne, fulmine, aut bombarda mortem minantur.

Aerea casum, ab alto aut strangulationem.

Aquea submersionem.

Terrea ruinam,

Humana ab homine per arma ac violentiam.

Venenata à veneno,

SATVRNVS designat mortem ex suffocatione, submersione seu naufragio, venenis & ruina. In decima, casum ab alto.

MARS ex ferro, igne, fulmine, globo bombardico, laceratione & morsu bestiarum, & raptatione seu ictu equorum.

Vterque casum ex alto & strangulationem minatur.

Digitized by Google

QVARTA PARS
DE IVDICIIS, QVÆ EX DIRECTIONE QVINQVE LOCORUM Hylegialium dependent, deque decretis ☊ ☿ & ⊕.

Ex Doctrina Carionis.

DIRIGERE Astrologis nihil aliud est, quàm arcum Æquatoris inter Significatorem & Promissorem interceptum, inque tempus, vt annos, menses ac dies conuertendum, artificiose inquirere, vt hinc, quando accidens à naturâ significatoris monstratum determinetur per Promissorem; suumq; consequatur effectum, innotescat.

Est autem Significator, vel cœli locus, vel Planeta, qui ad alium cœli locum, vel Planetam, aut eius radium dirigitur.

Tales significatores esse possunt omnes cuspides, Planetæ ac partes, sed ex sententia Ptolomæi & aliorum Astrologorum, eliguntur ex omni numero loca principalia quinq;, vt sunt, *Ascendens, Medium cœli, Sol, Luna, & Pars fortuna.* Hylegialia seu Aphetica dicta: *de quibus & eorum vsu consule Ptolomæum, sententoq. LXXVII. vbi inquit:*

Ascendentis profectionem (seu directionem ad Promissores) facito pro ijs, quæ corporis sunt.

Partis fortunæ pro ijs, quæ sunt externa.

Solis pro voluntate regis erga natum, vel pro honoribus nati.

Lunæ

Digitized by Google

Lunæ pro corporis animæq; connexione.
Medij cœli pro actionibus.

De quibus omnibus latius vide apud Pontanum dicto loco.

Promissor vero est Planeta vel corpus vel radius aut stella fixa, aliusve figura cœlestis locus notabilis, ad quem cum Significator peruenerit, significatiu effectum suum editura creditur.

Notandum vero hic, loca hæc Hylegialia quinque, sicuti & reliquos significatores, quãdo ad corpora vel radios bonorum pertingunt, bonum nato polliceri: ad malorum vero malum portendere de natura significatoris, eo quidem anno, quem directio ostendit. Deinde significatum illud durare, donec ad alium promissorem perueniat idem significator.

Modum dirigendi, cum eum hic tradere instituti nostri non sit, ex aliorum libellis Astrologicis, Tabulis directionum Regiomontani, & præcipue è D. Finckii Regii in Academia Hassiensi Professoris Horoscopographia studiosi petant.

Nos iudicia tantum directionum proponemus, atq; ea, quibus Carion vsus est: & quidem

I. Horoscopi seu ascendentis,
II. Medij cœli
III. Solis
IV. Lunæ
V. Partis fortunæ.

} ad corpora & radios Planetarum.

His breuiter subijciemus decreta, Capitis & Caudæ Draconis, & ☋, quotiescunque directiones locorum Apheticorum, seu Hylegialium in eorum puncta venerint.

Digitized by Google

I.

SIGNIFICATIONES HOROSCOPI, SEV ASCENdentis, ad Planetarum corpora & radios directi.

HOROSCOPVS AD CONIVNCTIONEM seu corpus Saturni.

SATVRNVS.

NATVS mortis periculum subibit, nisi duæ fortunæ ✶ aut △ aspexerint, aut corporaliter adsint. Tunc enim euadendi spes est, sed incerto tempore. Atque frigidis vitijs corpus nati hæc coniunctio semper impugnat, eritque anxius, tristis, atque maximis solicitudinibus implicabitur. Et caueat, ne grande discrimen in locis obscuris, subterraneis, aut speluncis incurrat, aut ex improuiso in funem, aut puteum cadat, aut in solitudine aliqua vitæ discrimen subiturus sit.

SATVRNVS signo igneo si insertus fuerit, δυσκρασίαν corporis, ex calido & frigido, indicant, vt sunt inæquales temperaturæ membrorum, cum vnum est frigidum, alterum calidum, quemadmodum fit in febribus, lipothymijs & Epialo.

SATVRNVS in signo terreo, melancholiam & atram bilē aut apostemata melancholica, vt scirrhos, cancros, carbunculos, aut anthraces significat.

SATVRNVS in aereo, collectas ventositates per totum corpus dispergit, idemque corpus nati iuxta signi naturam inficit.

SATVRNVS in aquaticis, mouet humores phlegmaticos, morbos frigidos, quales sunt apoplexia paralysis, hydrops, coxendicis dolores, podagra, arthritis. Defor-

Digitized by Google

Deformat tandem Saturnus nonnunquam nati corpus ita, vt cicatricibus aut alijs vitijs accidentalibus inficiatur, vt claudicatione & contractione, iuxta naturam signi.

Horoscopus ad trigonum vel sextilem Saturni.

Nato pollicetur bonam corporis valetudinem atque animi tranquillitatem, facitq; natum felicem in inceptione operum, eo plus tamen, si opera erunt terrena, vt fundamenta, ædificia, &c. construere, puteos fodere, agros & vineas colere. In ♐ tamen bonitas parum perminuitur.

Horoscopus ad oppositionem vel quadratum Saturni.

Rursus (vt superius de coniunctione diximus) nato ista directio formidabilis est, mortem & mortis pericula efficit, nisi duæ fortunæ suis præsidijs adsint.

Reliqua in coniunctione scribuntur, quadratus tamen de ista malitia aliquid aufert.

HOROSCOPVS AD CONIVNctionem seu corpus Iouis.

IVPPITER.

Integritatem virium & inoffensam valetudinem nato denunciat, facitque natum lætum, affabilem, comem, facetum, ac hominem omnium horarum. Facit præterea omnia nati principia felicissimo auspicio progredi, decorat corpus, splendidumque illud reddit, & omne illud pia administratione præstat, quod sanitatem, educationem & tuitionem corporis atq; virium spectat. Et si quæ mala præcesserint,

Digitized by Google

ſerint, facile eius bonitate nunc corriguntur ac ſopiuntur.

Horoſcopus ad trigonum aut ſextilem Iouis.

Magnam felicitatis gloriam hæc radiatio promittit, atque patrimonij maxima augmenta, plurimarum amicitiarum magnarum præſidia largitur, & in omnib. officijs emolumenta proſperæ rationis ſemper aſſignat, ita vt ex omnibus actionibus, & lucrotum, & felicitatis commoda conferantur. Facit præterea natum locupletem, diuitem atque multarum ſubſtantiarum accumulatorem, magnanimum, munificum, liberum, iuſtum, magniloquũ, honeſtum, ſuis negotijs deditum, miſericordem, eloquentiæ ſtudioſum, beneuolum, ductorem. Largius tamen illa omnia in ✳ conſideranda ſunt.

Horoſcopus ad oppoſitionem aut quadratum Iouis.

Aliquas corporis inæqualitates iſte aſpectus denotat. Minatur idem nato doctorũ, Iuriſperitorum, aut religioſorum hominum odia & inimicitias, quarum nomine diſcrimen aliquod incurrere poterit. Mutat etiam illa frequenter, quæ per △, aut ✳ eius promittuntur. Et quicquid præcedenti negociorum diſpoſitione promiſit, ad alterius vitę ordinem transfert.

Hæc tamen in quadrato minus obſeruanda ſunt.

Horoſcopus ad coniunctionem ſeu corpus Martis.

MARS.

Vatio malorum genere vitam nati conficit, imminen-

Digitized by Google

minentem mortem præsagit, nisi fortunæ malum mitigarint: omnes actus nati quoq; impedit multiplicibus turbis, ita vt ipsis actibus, qualescunq; fuerint, variorum periculorum discrimen oriatur: per crebras autem causarum conflictationes exagitat, & assidua damnorum continuatione concutit. Minatur quoq; casum ab alto, aut inflictis vulneribus, vel adustione exferro, aut rebus igneis natum interire facit.

Et cum in signo *igneo* repertus fuerit, æstuationem aut inflammationem vniuerso corpore inducit, ita vt causa sit acutorum morborum atque apostematum calidorum, quales sunt morbi: febris ardens siue causon, febris tertiana, phrenesis, phthisis, pleurisis, dysenteria, & peripneumonia, & similes ex caliditate & siccitate intensa, originem trahentes. Item, ὀλεχμονὰ, erysipelas & similes abscessus ex calidis humoribus orti.

In *terreo* autem casum lethalem minatur, ac humores abducit atq; exsiccat.

In *aereo* multis caloribus & inflammationib. corpus obnoxium reddit.

In *aqueo* vero, intemperantiam quandam, tam in actiuis, quam in passiuis qualitatibus procreat.

Horoscopus ad trigonum vel sextilem Martis.

Læti decernit temporis gaudia, hastiludia, digladiationes, aut equitationes natus exercebit, & se rebus militaribus tradet, à viris bellicosis & Martialibus amabitur. Itidem proderunt ei omnia Martialia negocia, studebit habere arma aut equos.

Paululum tamen minuit ♂ significationem.

Hero-

Digitized by Google

Horoscopus ad oppositionem aut quadratum Martis.

Maximas turbationes, seditionesq; decernit, suscitat enim inimicos, accusationes mouet, litesq; ex noua dimicatione adducit, mortem quoque aut repentinam aut violentam, siue ex profluuio sanguinis concitabit, nisi fortunæ (vt supra satis abunde diximus) prohibeant. Efficit quoq; illo tempore natum iracundum, temerarium, violentumque: vnde timendum, ne incõsiderati affectus sequantur. Quę singula in quadrato nonnihil mitigantur.

Horoscopus ad coniunctionem seu corpus Solis.

Sol.

Sanitatem corporis indicat, omnia vitæ secreta publicari faciet, omnesque nati actiones varia conuertet ratione, animumque per diuersa solicitudinum genera variis cogitationibus ducet. Nonnunquam iacturam vniuersæ substantiæ notat, atq; oculorum discrimina, si diuersæ fortunæ adfuerint.

Horoscopus ad triganum aut sextilem Solis.

Omnem felicitatem ista radiatio promouet. Facit enim natum illo tempore summa corporis & animi tranquillitate frui. Substantiam etiam manifeste & in perpetuo conferre facit. Splẽdido item corpore natum ornat, nec valetudinem aduersam, tam corporis, quam animi facile admittit. Erunt semper omnes actiones felicitatis & sanitatis sperandæ.

Horosc. ad oppositum aut quadratum Solis.

Vitia plurima causa caliditatis & sanitatis nati infligit,

Digitized by Google

git, concitat etiam causas & iurgia, certaminaque contentiosa. Patri item periculum ista directio ostendit, atque iacturam vitę semper indicat, nisi auxilio fortunatarum stellarum liberetur. Vitæ ordinem misera permutatione conturbat, & oculorum dolores, cum maxima ægritudinis cõtinuatione inducit. In summa, omnem vitę cursum maximis periculis & damnorum incursionibus inuoluit. Hæc omnia tamen paulum remissiora in quadrato erunt.

Horoscopus ad coniunctionem seu corpus Veneris.

VENVS.

Prospera tempora cum magno felicitatis cõmodo decernit, amores quoq; mulierum & virginum excitat, & cum ætatis tempus admiserit, nuptias decernit. Natus illo tempore maxime erit lætus atque hilaris, & nulla aduersa valetudine nec corporis, nec animi detinebitur.

Horoscopus ad trigonum aut sextilem Veneris.

Isa spectus coniugales affectus maxime reuelat, gratia venustatis. Sed & lætitiam summam cum securitate decernit: delicijs, conuiuijs & potationib. operam natus dabit, & singula ad luxum attinentia, summa ardoris cupiditate perficere cupiet. In ✕ vero aliquanto minus.

Horoscopus ad oppositionem vel quadratum Veneris.

Natus oculorum positu cupiditatibus adeo trahitur, vt fornicationes & adulteria eum perpetraturum timendum sit, cum ætas iusta admiserit, eaque de causa, summa infamia notabitur.

Digitized by Google

Cum

Cum mulieribus quoq; tam iuuenibus quam vetulis dissensiones habebit. Turbas etiam atq; pericula propter vxores, vel aliquas alias mulieres concitabit. Aut adulterij crimen exurget, aut amor quidam, impura & inhonesta cogitatione conceptus.

Eam tamen vehementiam quadratus minus vrget.

Horoscopus ad coniunctionem seu corpus Mercurii.

MERCVRIVS.

Negotia plurima natus habebit cum præsidio & commodo lucrorum, sed cum quibusdam laboribus & periculis: causa literarum, scripturarum atque calculorum crebras occupationes habebit, & in multis ac diuersis causis & rebus negociabitur, vnde (vt diximus) cum quadam grauitate substantiam bonorum collecturus est.

Horoscopus ad trigonum aut sextilem Mercurii.

Omnia bona ex assidua felicitate decernit, facitque vt omnes actiones prospere sequantur, vnde maxima lucrorum commoda ad natum redibunt: plurimorum quoq; ac magnorum hominum amicitiarum præsidia largitur. Et in omnibus officijs augmenta prosperæ rationis assignat. Erit ingeniosus, sapiens, & qui accurate sua verba studeat proferre, vnde omnia negocia ipsi prospere succedent, atque subsidia optima facultatum ex calculo vel computo, etiam ex literis siue scripturis lucra cum bona commoditate habebit. In ♃ autem ex aliqua parte prædicta minuuntur.

Digitized by Google

Horoscopus ad oppositionem vel quadratum Mercurii.

Negocia varijs tribulationibus impedit, & varsorum malorum genere omnes actus supprimuntur. Veterum quoque causarum sopitas excitat simultates, & latentia contentionum irrgia rediuiuis rursum actionibus faciet inferri & suscitari: atque ex scripturis siue numeris quibusdam pericula faciet concitari, aut ex aliquo furto miserum damnum semper infliget, sed inimicos frequentib. faciet rationibus dissipari. Si vero iniquum aliquod sidus hunc locum aspexerit, tunc maleficiorum vel pessimorum facinorum, aut adulteratæ pecuniæ crimen inducit, ita vt timendum, ne detur natus supplicio. Patiet ur etiam nonunquam difficultates quasdam in instrumentis loquelæ, videlicet, dentium linguæ, gutturis & similium.

Horoscopus ad coniunctionem seu corpus Lunæ.

LVNA.

Pericula aliqua tam corporis quam animi hæc ó minatur, mortem quoque (sidere minaci aspiciente) decernit. Cauendum quoq; erit, ne prope aquam aut humida locá vitæ periculum sustineant: assidua tamen varietate vita hominis semper conturbatur: ita vt quicquid prisco tempore collatum fuerit. rursus auferatur, & erit tempus ex varia inæqualitate mutabile, itavt angustiæ repentinis diuitijs aliquando releuentur; & ipsas rursum diuitias paupertatis angustiæ subsequantur.

Horo-

Digitized by Google

Horoscopus ad trigonum aut sextilem Lunæ.

Bona incrementa felicitatis illa applicatio nato portendit, quietemque serenitatis tranquillæ. Præcedentium enim infortuniorum dolor solatijs optimis mitigabitur, egestatis angustiæ relaxabuntur. Ægritudinum etiam vitia sanitas constringet, periculorum metus exanimo surripietur, & omnes causæ ac negocia ad vota respondebunt, ita vt post infortunia (si quæ fuerint) præcedentia, lætum atque felix tempus natum excipiat & illustret.

Matris atq; reliquarum mulierum cognatarum summam prosperitatem videbit: denotat idem ille aspectus amores mulierum atque virginum, nonnunquam etiam nuptias, si tempus annorum admiserit, decernit. Paulo tamē minus Sextili tribuimus.

Horoscopus ad oppositionem aut quadratum Lunæ.

Seditiones & turbationes maximas nato decernit, & si aliqua ex parte infortunæ aspexerint, etiam calamitates cruentas indicat, ægritudines quoque & pericula, & ex vitiosis humoribus, aut ex aqua vitæ discrimina natus habebit, oculorum præcipue crebros dolores atque damna non modica sentiet: varijs quoque angustijs & solicitudinibus implicabitur, & turbabitur fortasse ex aliqua denunciatione nouarum litium, quæ lites aut ab anu, scorto seu aliqua vili muliere proficiscentur, aut ab effœminato quodam homine.

SIGNI-

Digitized by Google

SIGNIFICATIONES MEDII COELI, SEV DECIMÆ domus, ad Planetarum corpora & radios progredientis.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Saturni.

SATVRNVS.

MAXIMAS indignationes principum aut magnatum indicit, cadetque natus in odium illorum; vario quoque malorum genere dignitates, officia, honores atque fauores subuertit: omnia etiam negocia cum tarditate natum perficere facit, crimina atque facinorosa scelera vt plurimum excitat, nonnunquam etiam mortem lata iudicis sententia portendit.

Medium cœli ad trigonum aut sextilem Saturni.

A senioribus hominibus fortunam non mediocrem decernit; habebit etiam substantiarum facultatem à quibusdam antiquis & absconditis: & fortassis aliquam commoditatem non contemnēdam à Monachis, Eremitis, siue religiosis occlusis, cumque eis familiaritatem habebit; agros, hortos, vineasque colet, arbores plantabit, surculosque in fœcundis locis inseret.

Medium cœli ad oppositionem aut quadratum Saturni.

Omnia acerbissima infortuniorum genera decernit, natum honoribus & dignitatibus, officiis, actionibusque gloriosis plane destituit, paupertatem vero, egestatem, mendicitatem aut ignobilita-

Digitized by Google

tem vulgaribus personis indicit. Procuribus autem damna, amissiones & furta misera calamitate ostendit; accusationes quoque, proditiones frequentissime accidere facit, □ tamen debilius operatur.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Iouis.

IVPITER.

Maximo splendore nobilitatis vitam nati decorat, facitque eum euehi ad dignitates, honores atq; exaltationes. Nonnunquam etiam coronis coronari largitur, officia magna & dona à magnatibus amplissimisq; viris confert. Regum, principum, ac magnorum hominum consortiis natum inuoluet. Fauorem item & gratiam illorum nato assidua vicissitudine contribuet.

Medium cœli ad trigonum aut sextilem Iouis.

Omnia, quæ moralis homo aut eloqui aut excogitare potest, felicissima prosperrimo auspicio summisque ac diuinis præconiis nato tribuit, ita vt fata singula homini non aliter quam optata apparebunt. Remissiora tamen ⚹ habet apotelesmata.

Medium cœli ad oppositionem vel quadratum Iouis.

Causa legum, iudiciorum, sententiarumq; multa grauamina ac simultates habebit; religiosos, legum doctores & iudices non æquos, neque gratos sibi esse comperiet: dignitatum, officiorumq; aliquam sentiet iacturam. Natus quoque per se peruersæ religionis existet, neque erit sacrificiorum aut deorum

Digitized by Google

tum cultor: molestias quoque aliquas à spiritualibus personis sustinebit; & fortassis earum causa ex suis substantiis aliquid amittere cogetur.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Martis.

Mars.

In maxima periculorum discrimina coniiciet natum, ac semper tempus periculosum decernit: tunc fugæ, tunc exilia, tunc miseræ periculorum discrimina concitantur: timendum etiam nato est, ne in custodiam publicam aut carcerem detrudatur, aut iure potentatus intereat: tum incendia, adustiones, & patrimoniorum miseras dissipationes facit, contentiosa certamina, iurgia & lites continuis rixis excitat.

Medium cæli ad trigonum, aut sextilem Martis.

Militaribus rebus natus se immiscebit, atque ex equitatione (si ad hanc fuerit aptus) honores & officia sibi parabit, armis & equis, atque reliquis Martialibus rebus maxime delectabitur; nobiles, equites, armigeri, militum ductores siue Capitanei integro amoris affectu eum prosequentur. Item, ductor exercituum tum erit natus, aut præfectus villarum seu prædiorum quorundam: nato oriundo ex illustri familia magnorum largitur officiorum commoda. Mediocrium vero, si ex humili natus fuerit, ✳ aliquid bonitatis aufert.

Medium cæli ad oppositionem vel quadratum Martis.

Calamitosum ac peruersum tempus ille aspectus

Digitized by Google

ctus pronunciat; furta, latrocinia, atq; actus abominabiles decernit, quæ tam à nato proficiscentur magis in alios, quam in natum exercebuntur. Vitiatorem monetæ reddit, aut eum moneta adulterina decipi facit; ita vt nonnunquam misera exitia mortis ea de causa natum excruciatura sint. Regum atq; principum fauores ista radiatio detrahet, & quidem tempus hoc in omnibus negociis & causis maxime execrabile est & vitiosum.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Solis.

Sol.

Honoribus & dignitatibus maximis illa directio natum afficit, eritque multis hominibus notus, imperatoribus, regibus, principibus, ducibus, comitibus, baronibus & nobilibus gratus & acceptus, & extendetur nomen eius ad terras longinquas summa cum laude & gloria. Parentibus quoque illa radiatio felicitates plurimas decernit, lucrorumque assidua commoda.

Medium cæli ad trigonum, aut sextilem Solis.

Officia, exaltationes, honoresque maximos nato ista radiatio contribuit, felicitates quoq; plurimas prosperrimo euentu accidere facit; erit gubernator, & auctoritates ei magnæ à potestatibus conferentur, ita vt vices imperatorum, regum, atque principum gerat: & successum felicissimum in suo regimine & gubernatione videbit.

Medium cæli ad oppositionem vel quadratum Solis.

Variis discriminibus hæc radiatio nocebit nato, fauorem,

fauorem, amicitiam & gratiam magnorum virorũ subuertit, facitque natum suis honoribus, dignitatibus atque officiis priuari, omnem eius fortunam mutat atque peruertit, & omnes actiones variis impedimentis in deterius dirigit. Interdum etiam mortem aut vim iussu principis illatam significat. Nocet quoque ille aspectus parentibus, & eorum facultates perdit.

Aliquando etiam occasione ignis, damna non leuia in bonis tam mobilibus, quam immobilibus minatur. Remissior tamen □ est.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Veneris.

VENVS.

Gaudia, lætitias, alacritatem, & hilaritatem animi hæc ó indicat, securitatem quoque in omnibus rebus, nuptias sponsaliaque omni modo decernit, eaque de causa maximas felicitates magno subsidio diuitiarum habebit. Mulierum quoque nobilium notitiam atq; conuersationes & familiaritates cum eis assiduas.

Medium cœli ad trigonum, vel sextilem Veneris.

Singula ea, quæ modo in coniunctione Veneris diximus, decernit; amores mulierum excitat, res nouas significat, vtpote nouas domos, structuras, nouaque vestimenta & ædificia, magnaque gaudia; beneuolentiam quoque vulgi & fauorem hominum vniuersorum largitur, fortunam etiam non mediocrem matri nati, & omnibus mulieribus ipsi agnatis aut sanguine iunctis.

Digitized by Google

Medium cœli ad oppositionem aut quadratum Veneris.

Odia, lites, contentiones, iurgia & inimicitias mulierum causa concitat, honoris & famæ spurcissimam detractionem, quæ tamen omnia à mulieribus initium habent, ita vt nonnunquam nato toxica, aut amoris pocula propinentur.

Etiam vxorum matrisve orbitatem significat, dinortia quoque, (si maleuolæ aspexerint) clinodiorum rerumque pulchrarum amissionem, aut defœdationem vestimentorum, domorum & ædificiorum ruinam ac demolitionem. Inferioris tamen significati quadratum est.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Mercurii.

MERCVRIVS.

Negocia omnia prospera felicitate compleri faciet, honores atque dignitates, vtilitatesque causa scripturarum, numerorum aut literarum nato obuenient, multosque amicos propter industriam & sapientiam sibi natus parabit, constituetur quoque in magnorum atque sapientum virorum officiis, vnde non modica lucri commoda habebit, literas etiam boni tenoris nanciscetur, ex quibus consolationes & spes quasdam suscipiet.

Medium cœli ad trigonum aut sextilem Mercurii.

Felicissimum tempus nato ille aspectus promittit: omnia quidem negocia, officia atque tractationes prosperrimo euentu succedere iuuat. A nunciis & legationibus læta & placita percipiet. Afferentur præ-

Digitized by Google

præterea literæ boni nuncii, habebitque fortunam bonam in emendo & vendendo. Itinera quoq; faciet fortunatissima, eritque in illo tempore sapiens, & moribus bonis præditus, ita vt ea de re à quibusdam laudetur, & inde quasdam conditiones acquirat, ex quibus summa substantiæ incrementa habiturus sit. Verum sciendum ☍ remissiorem esse in suis decretis.

Medium cœli ad oppositionem aut quadratum Mercurii.

Graue & difficile temporis spacium indicat nato ista radiatio. Semper enim erroribus & obliquis causis detinebitur, ita vt nunquam bona frui possit quiete. Semper enim animus nati, per diuersas solicitudines ducetur, eritque in maximis ac profundis cogitationibus constitutus: omnia quoque principia & actiones nati variis interpellationibus semper turbabit. Seditiones item atque turbas ab hominibus facinorosis & mendacibus prouenientes notat: vitia ac mendacium natum molestabunt, aut ille ipse huiusmodi vitiorum excitatorem præbet.

MEDIVM COELI AD CONIVNctionem seu corpus Lunæ.

LVNA.

Instabile & inquietum tempus facit, si quotiens decima per directionem ad corpus Lunæ peruenerit. Facit enim natum in variis causis mutabilem, hinc inde corpore & animo volitantem: quædam etiam fortuna mutare consueuit, nunc in altum & quietum statum subleuans; nunc rursus quadam miseria in infirmum deiciens: ita vt illo tempore

Digitized by Google

conditio diuitiarum ac paupertatis non possit esse stabilis & firma.

Medium cœli ad trigonum aut sextilem Lunæ.

Fortunam aliquam largitur, & fortassis ex quadam muliere nobili munera atque dona accipiet, mulierum etiam sibi cognatarũ felicem successum videbit, in officiis & negociis suis mediocriter prosperabitur. Decernit quoque nuptias & connubia, sed aut vxorem valetudinariam, aut aliquo altero latenti vitio corporis inquinatam promittit.

Medium cœli ad oppositionem aut quadratum Lunæ.

Dignitatum officiorumq; iacturam radiatio illa ostendit, mutatione quidem repentina singula prius conquisita subuertit, acerba atq; dolore plena certamina mulierum causa indicat: falsas quoque fœminarum accusationes concitat, fœdissimo etiam libidinis vitio natum deformat, vnde ipsi à vilibus mulieribus & meretricibus toxica timenda erunt. Minatur quoque interitum aut ægritudinem matri. Idem eadem ratione vxori decernit.

SIGNIFICATIONES SOLIS AD PLANETARVM corpora & radios directi.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Saturni.

SATVRNVS.

NATO eo ætatis suæ tempore accident tristitiæ & difficultates, de societate domus suæ, atque ægri-

Digitized by Google

egritudines in secretioribus corporis partibus: vitia quoque oculorum habebit & damna exigne aut aqua calida; sed ab illis periculis liberabitur. Faciet quoque natus longa itinera, sed in aquis pericula quædam experietur.

Sol ad trigonum aut sextilem Saturni.

A parentibus fortunæ & felicitatis largitur ille aspectus nato insignia, aut ciuitates aut castra obtinebit cum prospera moderatione, substãtiam quoque facultatum indicat, & multa ac varia itinera.

Sol ad oppositionem vel quadratum Saturni.

Misera calamitate patrimonium dissipat, parentes quoque disiungit, ac ipsi miseræ orbitatis indicit incommoda, facit etiam vitia grauia, grauesque valetudines, ac violentis casibus aut ab equo, aut ædificio implicari.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Iouis.

IVPITER.

Natus euehetur ad honores & dignitates, erit diues, & incedet bene vestitus, & amabitur ab omnibus, subleuabitur fortuna, & nobilitate vincet suos inimicos, ideo in precio habebitur atque honorabitur.

Sol ad trigonum aut sextilem Iouis.

Natus erit astutus & sapiens atque primarius Regis, aut alterius magni viri efficietur. Et eius sub-

Digitized by Google

stantia augmentabitur, & lucra plurima absque labore habebit, & videbitur in sua familia & progenie quasi Rex, & à potentioribus amabitur.

Sol ad oppositionem aut quadratum Iouis.

Doctores, Iurisperiti, & religiosi natum odio prosequentur, afficieturq; natus tristitia, anxietate & solicitudine: & impendet suas substantias in manus alienas, vnde illas amittet, & nunquam recuperabit.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Martis.

MARS.

Natus erit malefactor, ideo ei hac de causa labores & difficultates accident. Inimici eius se super eum extollent, & cadet in inimicitiam regum atque magnorum hominum. Parentum quoque nomine omnia maxima grauamina & inæqualitates sustinebit; à bestiis caueat ne lædatur, vt à morsu canis, equi vel alterius animalis. Vitium quoque exigue, sano, aut aqua feruenti decernit, æstuationem ex febribus acutis, atque oculorum discrimina facit.

Sol ad trigonum aut sextilem Martis.

Militum, nobilium, atque Martialium hominum amicitiam atque familiaritatem habebit, ad arma, equos, & omnes res bellicas plus solito propensior illo tempore, ad hastiludia atque digladiationes maxime promptus erit.

Sol

Sol ad oppositionem aut quadratum Martis.

Parentes celeri morte prosternit illa radiatio, ita vt nonnunquam βιοθανατος, in terram cadant. Nato vero oculorum, aut cœcitates, aut lippitudines decernit, aut aliqua alia vitia, aut facit partes aliquas corporis vitiatas, aut exitiosa & cruenta vulnera nato infliget, & in summa varia pericula vitæ & incommoda decernit.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Veneris.

VENVS.

Natus se vario luxu cum apparatu magis, quam vestitu hoc tempore ostendet, amabit parentes, & rursum ab eis diligetur, vxorem ducet, si conditio, aut ætas, aut status admiserit. Cum autem vxorem nactus fuerit, in summa tranquillitate & alacritate cum ea viuet, res formosas aut odoriferas amabit, aut studebit, qua ratione possit eas habere.

Sol ad trigonum aut sextilem Veneris.

Acceptum atque gratum hæc radiatio natum facit, & se se magnis artibus immiscet, vnde magnas conquiret facultates, eritque laudabilis, & magno gloriæ fulgore ac splendore præditus, imperiosus, potens, diues: & eo magis, si conditio familiæ aut prosapiæ testimonium præbet: amorem & dilectionem mulierum & virginum iste aspectus portendit, facitque natum sua velle desideria (quacunque conditione id fiat) complere.

Digitized by Google

Sol ad oppositionem aut quadratum Veneris.

Sterile tempus hoc erit, & quod sobolem generare denegat, difficultates quoq; quasdam in coniugio affert, eritque vitiis quibusdam amorum obligatus; aut impuris & turpibus cupiditatibus deditus, seruilibusque semper studiis & actibus occupatus, & vitæ varias angustias decernit, lasciuis moribus, amplexibusque mulierum implicabitur, ita vt hac de causa in infamiam non mediocrem cadat.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Mercurii.

Mercvrivs.

Natus variis negociis se immiscebit, vnde etiam damna non immodica sustinebit, quidam etiam cognati aliquid mali in natum machinabuntur, eritq; natus tristis, anxius, atque solicitus, & in mercibus aliquid ex sua collecta substantia perdet, lites & contentiosa certamina coram iudice habebit, & fortassis ratione testium falsorum decipietur, & ex suis patrimoniis aliquid amittere cogetur.

Sol ad trigonum aut sextilem Mercurii.

Negociis multis natum semper implicari facit ille aspectus, & quamuis in magnis inquietudinibus viuet, nullo tamen emolumento nec lucri, nec alterius rei reficietur. Omnis etiam computus, scriptura, itinera atque reliqua negotia, penitus frustrantur.

Sol

Digitized by Google

Sol ad oppositionem aut quadratum Mercurii.

Efficit natum in vita & reliquis actibus maxime periculosum, casumque ex alto indicat, malis moribus, & sacrilego fortassis amore, semper præposterum, diuinitatemque negantem, qui etiam creditas sibi res abnegat, infamiam quoque aliqua literarum causa indicat, aut falsæ monetæ crimen indicit.

SOL AD CONIVNCTIONEM seu corpus Lunæ.

LVNA.

Facinora aliqua perpetrabit, atque propter furtum aut rapinam incommoda tam corporis quam bonorum patietur, frequenter faciet itinera, & in locis aquosis & humidis versabitur, vide aliqua discrimina habebit, oculorum etiam assiduas passiones sustinebit, & aspicientibus infortunis, omnino promittit cœcitatem.

Sol ad trigonum aut sextilem Lunæ.

Amicitias atque notitias imperatorum, regum atque principum concitat, quæ tamen diu stare non possunt, & fortassis finientur in malum nati, ita quod priores notitiæ in contrarium statum conuertentur.

Sol ad oppositionem aut quadratum Lunæ.

Tempus sordidum atque squalidum natum excipiet, vbi incommoditatibus maxime obruetur. Parentum connubia separat, corpus & animum

Digitized by Google

nati

nati multis vitiis deformat: oculorum formidolosas ægritudines concitabit: & omnè, quòd diu fuit occultatum, cum turpi declamatione diuulgabitur.

SIGNIFICATIONES LVNÆ AD PLANETARVM corpora & radios directæ.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Saturni.

SATVRNVS.

CAusas atq; contentiones cum Regibus, Principibus aut Ducibus, vel similibus habebit, & causa mendaciorum atque falsitatum accusabitur, multa quoque grauamina causa seruorum atque seruarum nato accident, armenta & animalia domestica nato morientur, partemque suarum substantiarum perdet, vnde in angustia & tristitia collocabitur. Frigidas atque humidas concitabit illa coniunctio ægritudines, videlicet apoplexiam, paralysin, hydropisin, podagram & arthriticum dolorem.

Luna ad trigonum aut sextilem Saturni.

Proceribus & potentibus viris natus prospera felicique commendatione isto tempore insinuatur, magnos etiam gloriæ & honoris actus decernit, dona etiam à mulieribus vetulis, atque ex vulgo & plebeis hominibus honores & obedientiam eum officiorum obsequiis.

Luna

Luna ad oppositionem aut quadratum Saturni.

Malitiosis humoribus corpus nati fatigari facit ille aspectus, & ad omnes actus pigrum, animo & corpore facit separatum, talemque natum reddit, qui ad nullos actus honestos proderit in istis annis, materna substantia quoque dissipatur, & cadet natus in inimicitiam patris. Ex malignis item humoribus grauis ægritudinis maxima pericula indicit in matrimonio. Item, discussiones honorum damna & iacturas, animumque vxoris adeo inflammat & exasperat, vt quotidie acerbæ dissensiones, turbæ & rixæ accidant, & fortassis illa inde morietur. Matri quoque ægritudines concitat: interdum quoque mortem nati atque matris eius.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Iouis.

IVPITER.

In isto tempore suæ ætatis, natus & magnis & multis honoribus afficietur, cum felici emolumento substantiarum, atque insperatæ ei diuitiæ conferentur: & suos aduersarios malorum vario genere affligi videbit, itinera prospera & felicia faciet, & in gaudio ac quiete viuet.

Luna ad trigonum aut sextilem Iouis.

Natum dignitatibus & honoribus non mediocribus afficit, & ex deiecto & humili loco natum ad sublimiora profert, redditq; eundem clarum & nobilem, notitia summorum virorum ornatum. Testimonia item vitæ bonæ & inculpatæ confert, facit & laudis habentem regimina, officia & iudicia ex commissione magnorum virorum gubernabit.

Luna

Digitized by Google

Luna ad oppositionem aut quadratum Iouis.

Magna negociorum officia nato indicat, facit addere dignitates atque honores, sed cum magno labore: à Doctoribus, Iurisperitis atque religiosis odio habebitur, & qui fata nati felicia quadam temeritate supprimere conantur. Natus etiam isto tempore in quiete & lætitia viuet.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Martis.

MARS.

In carcerem coniicietur, atque difficultatibus multis obiicietur, amittet aliquid ex suis bonis, atque eius inimici concitabuntur aduersus illum, habebit anxietates & solicitudines plurimas, ægritudines capitis concitat illa coniunctio: visus atque oculorum discrimina habebit, pericula quoque lethalia ex ægritudine ipsi accident, in partibus secretioribus corporis aliqua vitia habebit, & latentia dolorum incommoda, vlcerosus, scabiosus, vt plurimum isto tempore efficitur. Ab animalibus quoque percussiones aut motsus accidere facit.

Luna ad trigonum aut sextilem Martis.

Natus in armis, equis, atque rebus bellicis, siue venationibus seipsum exercebit, atque auium aliorumque animalium insectator vehemens existet, & in omnibus actibus ei semper felicitates, commodaque accident, vnde sibi nomen, laudem, simulque substantiæ subsidia comparabit.

Luna

Digitized by Google

Luna ad oppositionem aut quadratum Martis.

Aut matri aut sorori illa radiatio onus viduitatis indicat, facit etiam, si minantia sidera aspiciant, natum lunaticum, phreneticum, aut dæmonum incursionibus vexari, (quod Deus auertat) ita vt anima maligni spiritus potestate obsessa, plerumq; eo tempore intereat, & dæmoni in corpore dominanti tribuatur potestas. Frequenter tamen ex beneficarum stellarum finibus, malitiæ istius mitigatur improbitas, & humilitatis misera deiectione substantiam prosternit. Furta quoque indicat, & inter hæc omnia infortunia, malam quoq; decernit vxorem, quæ maritum non solum superbo quodam fastu conetur lacessere: sed totam etiam familiaris rei substantiam dissipet, variisque indies contumeliis coniugem & totam familiam conturbet. Amorem quoq; mulierum plane auertit, ita vt ipsi venenata esculenta iuribus immixta timenda sint. Placidam tamen ac beneuolam vxorem si habuerit, illa morietur.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Solis.

Incendia, exustiones, ægritudines, & ardentium febriũ miseros languores indicat. Publicantur quoque secreta nati, quæ diu occulta steterunt. Et erit sane tempus hoc satis mutabile, nunc in altum, nunc in inferiorem statum se conferens. Mentem quoq; nati variis & multis solicitudinibus cõturbat.

Luna ad trigonum aut sextilem Solis.

Multorum bonorum præmia largitur ille aspectus nato, atque is insigni felicitate decorabitur, ac no-

Digitized by Google

bilium & generosarum mulierum amicitiam & fauorem cum magno prosperitatis commodo habebit, qui etiam corpore & animo fortis existet.

Luna ad oppositionem aut quadratum Solis.

Nobilitatis insignia cum maxima tamen inuidia decernit: magnā quoque corporis & animi discrimina indicat, ac infortuniorum assidua incommoda, quæ nisi natus solerti animi prudentia superauerit, ad quamcunq; calamitatem deducetur. Oculis etiam ac vniuerso visui multis periculis & damnorum incursionibus nocebit.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Veneris.

Tempus egregium & lætum indicat cum bona fortuna, atque nato lucra sine labore aduenient, suosque inimicos interire videbit. Magnum sane nomen nato affert, mirabilemque expectationem bonæ famæ, qui non solum ab omni populo diligetur, sed etiam ipse quoque miro quodam amoris affectu cæteros prosequetur. Erit tunc sanæ mentis & corporis, cuiusque negotia eo tempore, vt plurimum, apud virgines & fœminas existent.

Luna ad trigonum aut sextilem Veneris.

Altissimæ felicitatis decernit insignia; tunc enim actiones, tunc gloria, tunc matrimonia incorruptæ pudicitiæ fide seruantur, tunc amabili filiorum charitate gratia semper insinuatur, tunc fratres fido diligentes affectu; tunc venustatis gratiæ, & summæ felicitatis lætitiæ natum accipient; erit que lætus, hilaris, atque omnibus hominibus gratiosus.

Digitized by Google

Luna ad oppositionem aut quadratum Veneris.

Natum fœminarum causa illa applicatio variis semper afficit damnis aut infamię onus imponit, atque alienos concubitus impatienti cupiditate indicit. Sed nihilominus lucrorum commoda assidua prosperitate decernit.

LVNA AD CONIVNCTIONEM seu corpus Mercurii.

Collectam substantiam atque honorem omnem illa coniunctio occupat, multæque causæ atque altercationes nato accident, mendaciis, fraudibus ac falsitatibus vtetur, & etiam omnes eius actus obscuriores erunt: patietur furtum, & fortassis natus rursum furta perpetrabit, malorum operum atq; morum erit, & literas forsan adulterinas aut falsas natum scribere facit.

Luna ad trigonum aut sextilem Mercurii.

Facundiam atq; eloquentiam nato ille aspectus indicat ad quarundam artium insignia, videlicet musicalium instrumentorum amatorem, & qui à vulgo & ab hominibus plebæis maxime amabitur, faciet præterea multa itineta, ex quibus magna emolumenta substantiarum habebit.

Luna ad oppositionem aut quadratum Mercurii.

Falsi criminis natum auctorem ista directio ostendit, vnde aut in custodiam aut carcerem detrudetur, seu vincula aut exiliũ publicæ sententiæ executione subibit. Facit idẽ natũ illo temporis spacio

Digitized by Google

mentis leuitate instabilem, eiusque consilia huc atque illuc varia cogitatione transuertit, ita vt animus eius non semper vnius consilii ratione vtatur, effrænatæ quoq; multitudinis impetum decernit, atque populares seditiones suscitat ac cruenta discrimina, ita vt Deum in cœtu publico vox maligna populi persequatur.

Sed & animo & verbis deiectam ei peioris cuiusdam rei trepidationem, fœdumque fauorem hoc tempus inducere semper facit.

SIGNIFICATIONES PARTIS FORTVNÆ AD PLANETAS eorumque radios directæ.

DIRECTIO partis fortunæ ad Solis ⚹ vel △ vel congressum, substantiam & honores decernit, potentioris patrocinio.

Pars fortunæ ad sextilem vel trigonum Iouis aut Veneris, diuitiarum incrementa pollicetur Iouialium adminiculo, aut ex legationibus vel rebus hæreditariis, vxoris dote, aut mulieris inclytæ largitionibus, voluntarie tamen & sponte sua natus multa faciet dispendia.

Pars fortunæ ad quadratum vel oppositum Veneris, maiora pollicetur dispendia, quam compendia ex rebus Venereis siue lautis conuiuiis aut odoriferis rebus, & amore puellarum. Idem efficiet ad sextilem Saturni quadratum Iouis.

Pars fortunæ ad coniunctionem sextilem trigonum Mercurii, diuitiarum incrementa contribuet ex propria nati industria & sagacis ingenii dexteritate, vel mercimoniis, aut externa hæreditate, aut ex insperato,

Digitized by Google Pars

Pars fortunæ ad quadratum vel oppositum Mercurii, medium seruat, sed dispendiis & dilapidationi magis, quam vtilitati & lucro attestatur.

Pars fortunæ ad secundam domum, preciosam & mundam supellectilem decernit: ad quartam vero rerum immobilium incrementum.

DECRETA CAPITIS ET CAVDÆ DRACONIS, ET PARTIS fortunæ, quotiescunque directiones Apheticorum locorum in eorum puncta venerint.

Hylegiale aliquod ad Caput Draconis.

NATVM facit fortunatum, & copulari magnis ac nobilibus viris proceribusque. Huic quoq; in omnibus suis actibus credetur, & tota suæ familiæ & prosapiæ præerit, diuitias quoque cum magno commodo ex causis aut hereditatibus mortuorum acquiret, multos nutriet seruos, & à mulieribus atque virginibus amabitur, & in honore habebitur.

Hyleg aliquod in Cauda Draconis.

Multas molestias atque difficultates natus isto tempore incurret, contentiones cum mulieribus, aut cum sua vxore aut filiis habebit, amicos suos odio prosequetur. Callidus tum erit natus & astutus, & qui dolo multas res sit tentaturus.

Hyleg aliquod in parte fortunæ.

Perinde est, ac si coniungeretur Ioui vel Veneri: Si autem loco Hylegialis in finem aut principium alicu-

Digitized by Google

ius signi ceciderit, iudica iuxta Planetam huius termini, ac si locus dirigendi caderet in coniunctionem seu corpus Planetæ.

IVDICIA DIRECTIONVM LOCORVM HYLEGIALIVM ad stellas fixas.

QVoniam præcipua quoque vis est directionum istarum, quibus loca Hylegialia ad stellas fixas deferuntur; Iudicia earum ex Iunctini speculo astrologico huc transferre libuit; vt studiosi huius artis totam de iudiciis directionum doctrinam in promptu haberent.

HOROSCOPI DIRECTIO ad stellas fixas.

Ad Canopum, vel ad Hastilem Bootis, natura Saturnia & Iouia: vel ad Arcturum Martia & Iouia, vel ad caudam Leonis Saturnia & Venerea, decernit, quod natus erit fortunatior & clarior, & cum quiete & lætitia, hoc modo, vt inquiunt, perfruetur. Vnde ipso anno lucrorum copiosa præsidia, & clari decernuntur honores, & laudum præconia: nihilominus implicabitur variis occupationibus, eritque natus ita in litibus & formidinibus quandoque implicatus.

ORIENS *ad lucidam stellam in Argo naui, quæ est in medio scuti, & dicitur* MARKEB, *magnitudinis* IV. *Saturnia Iouiaq; complexionis*, insinuat quatenus illo anno natus itinera honorata arripiet, lætitia & ornamento plenus, prudentia grauis, tamen iniuriarum patiens cum Saturninis & Iouialibus consortium inibit, & lucrigerum & honorigerum.

ORIENS

ORIENS *ad cingulum Orionis de natura & complexione Iouis & Saturni*, pollicetur vtilitatem ex mortuis, ſiue hereditatis portionem, alioquin lucra ex Iouialium largitionibus, grauitatem quoque & ſeueritatem, amoris illecebras, & leuem quandam alterationem ex nimio coitu poſt crapulam.

ORIENS *ad cor Leonis primæ magnitudinis de natura Iouis & Martis* illo anno opes affluentiſſimas, & honores ampliſſimos contribuet; ſerenabitur quippe tempus anni illius, in quo natus ita altum apud reges ſiue principes gradum ſortietur, ſuorumque aduerſariorum excidia ſeu vindictam audiet, nihilo ſecius acutam ſiue cholericam patietur alterationem, pauci quidem momenti.

ORIENS *ad Algomeyſam, ſiue Canem minorem primi luminis de natura Martis*, indicat quatenus ita genitus illo anno iracundus fiet, & actibus Martialibus implicabitur, tamen ſapientiam amabit, licet eiam futurus ſit, ſagax, ſubdolus, vafer, callidus ſiue aſtutam vapido ſeruans ſub pectore vulpem, cauſa libidinis multa diſpendia facturus, eique aliquid ignominiæ obiicietur, ex mercibus maiora aderunt diſpendia, quam compendia. In ſcripturis & literarum ſtudiis infortunabitur, & ex furtis ſeruorum ſiue Martialium detrimenta patietur illo anno.

ORIENS *ad fundum vaſis, ſeu baſim quartæ magnitudinis: ſeu ad Spicam Virginis de natura Veneris & Martis*, ita genito altum gradum in religione, ſeu eccleſia pollicetur cum ingenti laude, & magnam cum diuitiis exiſtimationem ob genii ſui ſagacis ſolertiam, & à Venereis & Mercurialibus omnia ſibi ex ſententia ſuccedent.

ORIENS *ad ſixam ſuper genu Leonis collocatam, quæ Iouis & Martis complexionem minime abnegat*, nato cum

Digitized by Google

Iouialibus & Mercurialibus hominibus commercium præstabit, quorum patrocinio dignitatem sortietur lucrigeram, fietq; illo anno ita genitus alicuius oppidi vel ciuitatis, siue militum gubernator magnus cum vitæ necisque potestate, in suis actionibus nominatus, laudatus & honoratus.

ORIENS *ad fixam in ceruice Leonis secundæ magnitudinis de natura Saturni & Martis* denotat, quod natus ita non mediocria subibit bonorum, honoris & vitæ incommoda, ac pericula, quare natus illo anno ita aduertat, ne præcipitetur aut à Martialibus trucidetur, aut perniciosas ægrotationes experiatur.

ORIENS *ad lucidam Hydræ secundæ magnitudinis de natura Saturni & Veneris*, circa possessiones & ædificia, natus illo anno detinebitur. Verum pro rebus hæreditariis molestias, dispendia, iacturas & labores experietur, pro fornicationibus quoq; dispendia cum dedecore, & nigra nominis nota.

ORIENS *ad Præsepe seu Pleiades de natura Martis & Lunæ indicit*, quatenus ita genitus bile rubra, vtpote humoribus cholericis conflictabitur, vulnera patietur in capite, aut in facie insignem cicatricem, & oculi sinistri aciem desiderabit, carceris aut exilii incommoda, & brachiorum tormenta degustabit cum maximo vitæ periculo: vel ad triremes perpetuo destinabitur, seu capite mulctabitur, aut suspendetur: deinde igne concremabitur, seu dilaniabitur forfice adunca, si tamen natiuitas hæc mala insinuabit: quoniam cœlorum afflatus non agunt, nisi in materiam bene dispositam.

ORIENS *ad duos Asellos de natura Martis & Lunæ admonet*, quatenus illo anno natus præuideat, ne ab equis calcitrosis siue mulabus lædatur, aut à tau-

Digitized by Google

ris

ris cornigeris, vel vrſis interficiatur & deuoretur, neve ab alto ſiue imminenti loco præcipitetur cum vitæ periculo. Acuta verò ægrotatione conflictabitur, oculorum præcipue ſiniſtri aciem deſiderabit. Rixas effugiat ne patiatur incommoda: & hoc erit ſecundum decreta bona, vel mala natiuitatis.

Natus ita poſſet ab omnibus his malis liberari duce prudentia, ſi locum Lunæ felici tore ſalutatibusq; radiis ſtellæ ſalutares irrorauerint, & patrocinium porrexerint, auſpice nutu diuino, & ſi annua conuerſio non fuerit vſq; quaque commaculata.

ORIENS *ad ſixam Iouis & Saturni naturam imitatem*, denotat nato aliquam ex mortuis hereditatem, ſiue diuitiarum incrementa, atque lucrorum copioſa præſidia Iouialium & Saturninorũ largitionibus: inibit ſiquidem cum Iouialibus & Saturninis commercium vtile & glorioſum, & ita genitus illo anno præ ſe feret grauitatem & ſeueritatem, ſed amoris illecebras, aut ex zelotypia cruciatus, cum leui quadam corporis diſcraſia experietur.

ORIENS *ad ſixam tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Iouis*, vtilem & non mediocrem decernit dignitatem ſupra natalitiæ ſtirpis conditionem, diuitias, gaudia, & corporis ſalubritatem cum Saturninis & Iouialibus commercium vtile & glorioſum, alicui etiam ex fratribus, ſi ſint, lucra & honores portenduntur illo anno.

ORIENS *ad ſixam quartæ magnitudinis de natura Saturni & Mercurii*, anxias cogitationes & cerebri inuolutionem, aut morbum veternum nato ingeret, excitabitque cum Saturninis & Mercurialibus lites, iurgia, & rixas, & propter contentiones, diſpendia & iacturas. Eritque annus infauſtus & inſalubris.

DIRECTIONES MEDII COELI ad ſtellas fixas.

Hircus mag. 1. natura Martis vel Mercurii.

Ad Aquilam volantem prima magnitudinis. Et ad cor Scorpii ſecundi honoris de natura Martis & Iouis inſinuant, quatenus ita genitus illo anno cum Martialibus & Iouialibus conſortium inibit honorificum magis quàm lucrigerum, quippe qui multa faciet diſpendia: eritque ad rei militaris diſciplinam ſolito propenſior, & haſtiludiis oblectabitur & ei in milites aliquod dominium ab Iouialibus demandabitur, aut in maritimis negotiis dabitur poteſtas in nautas, quorum plerique ob inuidiam odio proſequentur, alibi verò honoribus, inopinato præterea caſu genitrici & filio, ſi tunc fuerint mortis periculum imminebit, ex ferro vel igne, ſiue aqua feruenti aut grani ægrotatione.

MEDIVM COELI *ad oculum Tauri primi honoris de natura Martis & Veneris,* meliora tempora, aduerſam nati fortunam ad felicitatem commutabunt, & læta incipiet afflare fortuna: huiuſmodi quippe occurſus honoris inſignia, diuitiarum incrementa & lætam ſortem nato contribuet, ex Martialibus & Veneteis patrocinia.

MEDIVM COELI *ad* BELDEGENSEM, *ſeu dextrum Orionis humerum primi honoris, de natura Martis & Mercurii,* denotat quatenus ita genitus illo anno in Martialibus negotiis occupabitur, & tanta arte, ſolertia & ſagacis genii dexteritate vtetur, & ſtratagemata reperiet, vt inde dignitatem & honoris inſignia apud milites, & Mercuriales viros etiam ingenioſos, cum reuerentia conſequatur, maiora facturus diſpendia, quàm compendia.

MEDIVM COELI *ad Hircum, ſiue* ALALOT *de natura*

Digitized by Google

natura Martis & Mercurii, hæc eadem fermè omnia quæ diximus apotelesmata affirmare videtur, quin etiam iussu Regis siue Principis Mauortii & Mercurialis itinera ita genito demandabuntur, eritque regiis negotiis & impedimentis illo anno præpositus, vnde lucrorum copiosa præsidia cum honoribus fortietur: finis autem videtur tragicus, siue pernitiosus: stellæ enim fixæ de natura maleficorum Planetarum dant dona grandia, sed plerunq; malum exitum sortiuntur.

MEDIVM COELI *ad Bellatricem secundi honoris fixam de natura Martis & Mercurii*, obnunciat annum fore bellis, rixis & calamitatibus plenum: ita genitus in odia, simultates & hostiles impugnationes incurret, & ni prudenter cautum fuerit, iussu Principis Martigenæ, & odio atq; accusationibus Mercurialium, carceris aut exilii incommoda patietur cum brachiorum cruciatibus & ignominia, seu nigra nominis nota, propter falsas scripturas, siue pecunias adulterinas & diuitiarum iacturas illo anno natus experietur omnimodas, si natiuitas fuerit mala.

MEDIVM COELI *ad* RIGEL *primæ magnitudinis fixam in Orionis humero, de natura Iouis & Saturni inficmat*, quatenus iussu magni Principis Iouii iam senescentis natus illo anno fiet ductor exercitus, siue quorundam militum, asper, iracundus, intrepidus, imperiosus, magnanimus, vel aliquam consequetur dignitatem ecclesiasticam, & lucrorum copiosa præsidia: plerisque tamen sudoribus, laboribus atque anxietatibus implicabitur ac conquassabitur illo anno.

MEDIVM COELI *ad Canopum primi luminis fixam de natura Saturni & Iouis: vel ad sinistrum pedem Orionis, vel ad* FOMAHAND, *vel ad caudam Capricorni, vel ad*

Digitized by Google

ad nares cœli: patrociniis Saturninorũ & Iouialium vtpote ecclesiastici antistitis iam senescentis, denotat quod ita genito alta dignitas cum ingenti existimatione, gloria & diuitiarum affluentia demandabitur, & genitrix & filius, si tunc vixerint, læta sorte fruentur.

MEDIVM COELI *ad cor Leonis: ad Canem maiorem, ad Arcturum* ACARNAR *primi luminis de natura Iouis & Martis*, iussu magni Principis Iouis & Martis dignitas fiscalis, & in populos dominium demandabitur, aut alicuius oppidi seu ciuitatis moderator efficietur: fluminum præterea & aquæ ductuum dirigendorum atque ædificiorum onera suscipiet, & in omnibus suis actibus commendabitur & lucrabitur. Item circa bellicas gubernationes natum efficiet procliuiorem solito, aut in milites dominium ei demandabitur, potentiorum negocia exercebit cum honore magno, & in suis actionibus commendabitur.

MEDIVM COELI *ad caudam Capricorni tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Iouis* non abnegantem ad ædificia & agrorum culturas natum ita rediget solito propensiorem.

MEDIVM COELI *ad Spicam virginis primæ magnitudinis de natura Veneris & Martis primi luminis*, à Venereis & Martialibus maximi conferentur honores supra stirpis propriæ conditionem, adeò quidem quod ita genito in populos vitæ necisq; potestas demandabitur. In multis genituris compertum est, quod si quispiam ex ignobili etiam prosapia genitus habuit Spicam virginis, vel cor Leonis, vel alias stellas primæ magnitudinis in culmine cœlorum vel horoscopo, ad suprema rerum & honoris culmina peruenit, & ad Pontificiam potestatem e-

latus

Digitized by Google

atus fuit: & hæ stellæ nunquam malum sortiuntur exitum, quemadmodum fuit in genituris Iulii Papę secundi.

MEDIVM COELI *ad Pleiades de natura Martis & Lunæ*, turbulenta & pernitiosa negotia, lites, iurgia, & controuersiæ mulierum causa portenduntur, quibus ita genitus anxietates, damna & dedecus experietur, vel ad hostiles aut piratarum manus detrudetur, & in cunctis actionibus impedietur, vel carceris aut exilii incommoda degustabit. Hæc directio ad Vergilias in principio decernit honores, sed officium malè cadens, siue exitum tragicum atque decorosum. Sed aduerte quod hæ sententiæ effectum habeant in malis genituris, non autem in bonis.

MEDIVM COELI *ad caput* ALGOL *secundi honoris, de natura Saturni & Iouis*, magnum aliquod vitæ discrimen denunciat causa homicidiorum, vel quod natus ita erit homicidii conscius, vnde secum agetur de capitis discrimine, vel reipublicæ præpositus & magistratum gerens plerosq; capite mulctare iubebit, à miserrima conditione illos eripiens, quandoquidem mors vltima linea rerum est.

MEDIVM COELI *ad fixam nebulosam de natura Solis & Martis, vel Martis & Lunæ* denotat, quatenus in actionibus Martijs & igneis adustus erit, & in duello quædam reperiet stratagemata: sed Martialium insidias & iras Regis siue Principis effugiat, ni volet diuitiarum iacturas & honoris experiri, neve oculorum aciem desideret, vel alterius membri amputationem patietur illo anno.

DIRE-

Digitized by Google

DIRECTIONES SOLIS ad ſtellas fixas.

SOL *ad* RIGEL *fixam primi honoris ſtellam de natura Iouis & Saturni, in pede Orionis collocatam*, denotat quatenus ita genitus illo anno efficietur audax, terribilis, inſolens, ad homicidia ſolito propenſior, factiones excitabit atque factioſos fouebit, inimicos potentes ſibi nimium infenſos prouocabit, aduerſis quibuſdam infortuniis affligetur, circa opes cumulandas ſolicitabitur, venationes neutiquam poſtergabit. Saturninorum inſidias effugiat. Iupiter ab his periculis imminentibus tuebitur, duce prudentia, genitori vel quem ipſius loco habuerit, fortuna erit iniqua nouerca.

SOL *ad* ANTARES *cor Scorpii ſecundæ magnitudinis de natura Martis & aliquantiſper Iouis*, claros decernit honores, ſed ita genitus illo anno cautius agat, ne incautus à Martialibus decipiatur, & in oculis præcipuè dextro aliquid ſiniſtri patiatur.

SOL *ad* ALGOMEYSAM *primi honoris fulgentiſſimam ſtellam fixam de natura Mercurii & qualitate Martis* nato altam in re militari dignitatem atq; imperioſam decernit prærogatiuam, poſtquam varias contentiones, inuidias, diſpendia, & potentioris cuiuſdam Mercurialis atque Martigenæ odia, & acerbas indignationes perpeſſus fuerit illo anno.

SOL *ad cor Leonis primi honoris, de natura Iouis & Martis, regiam quippe ſtellam*, denotat quod ita genitus tanta erit regia quadam maieſtate & dignitate authoritateque præfulgidus, vt per multas variaſque regiones ſui nominis fama percurrat atque paſſim promulgetur. Annus igitur erit honoriger, vtilis & vſquequaque feliciſſimus nato, patri & ſuis fe-

Digitized by Google

me o-

me omnibus conſanguineis, ſed ægritudinem acutam vtrique non tamen exitioſam.

SOL *ad* RASAIGENSE *ſecundi honoris ſtellam fixam de natura Martis & Mercurii*, non mediocrem pro factionibus gradum nato contribuet, actu enim ingenio & ſagacitate præualebit, verum cauſa pecuniarum, aut ex pecuniis adulterinis, ſeu fœnore & mercibus bonorum honoriſque iacturam patietur, imò carceris aut exilii incommoda ita genitus experietur illo anno.

SOL *ad oculum Tauri, primi honoris de natura Martis*, felicis fortunæ debet initium, illo ſiquidem anno potentioribus præcipuè Martialibus adhærebit & cum Principibus commercium inibit honorigerum in rei militaris diſciplina, lucrorum copioſa præſidia, honoris inſignia, & laudem aſſequetur, ſed exitus erit tragicus, ſeu dedecoroſus, cum omnimoda fortunarum iactura, vel carceris, aut exilii incommoda experietur.

SOL *ad chelas Scorpii ſtellas fixas, ſecundi honoris*, nati honoribus detrahit & officit valetudini corporis, obnunciat ſiquidem nato & genitori, ſi eum habuerit, febrem acutam atque venenoſam, & in aquis grande aliquod naufragii & vitæ diſcrimen, nihilo tamen ſecius apud homines Martiales natus illo anno aliquam aſſequetur cum ingenti laude expectationem. Annus denique partim bonus, partim verò malus.

SOL *ad Spicam virginis primi honoris de natura Veneris & Martis*, ita genito, parentibus & liberis, ſi quos fortaſſe habuerit, altam conferet dignitatem, faſceſque primarios cum diuitiarum affluentia, rerumque omnium vbertate & fermè omnia felicitatum genera, adeò quidem, quod ſæpius admiretur,

Digitized by Google

qua

qua ratione ad tanta rerum culmina peruenerit, fit repente primarios quippe magistratus, & cum honoribus amplissimis opes affluentissimas fuerit cõsecutus: imò nos plerunque audiumus & videmus plerosque degeneres ex infimo gradu homines ad summa rerum fastigia, & supremum in ecclesia gradum elatos fuisse, cum vitæ necisque potestate.

Ad Spicam item virginis directio SOLIS *deducta, præsertim in summo cœlorum apice supputatum*, ita genito, patri & liberis maximas decernit felicitates, & in ecclesiasticis tantas & tales prærogatiuas, & fasces primarios cum opibus affluentissimis, vt omnes, nedum ipsi sæpius sint admiratione digni; quonam pacto sic repente ad illas peruenerint felicitates.

Quis igitur humano ingenio & lingua Spica virginis in culmine cœlorum partiliter supputata decreta planius ac plenius enunciare posset? nam magistratus semper primarios, hæreditates maximas condonasse obseruata est. Viuat igitur latus ita genitus, & non pigeat ipsum expectare huiusce modi exaltationes atque felicitates. Gaudeant quoque sub tali sydere nati, & geniti non ex parentum genere, sed stellarum fortitudine. Hæc stella fulgentissima nunquam malum exitum obnunciare consueuit, cum sit de natura Veneris.

SOL *ad fixam in oculo siue cornu Tauri meridiano, de natura Martis & Mercurii*, insinuat quatenus sub tali sydere genitus illo anno militaria negotia pertractabit, & cum actu exercebit, & plurima machinabitur atque reperiet stratagemata, sed hostium insidias experietur & vitæ pericula, illo anno ad hostiles manus perueniet, circa opes congerendas, & aliorum diripiendas inhiabit.

SOL *ad Vergilias siue Pleiades de natura Martis & Lunæ*, honor non benè cadens decernitur, oculorum

Digitized by Google acies

acies debilitabitur, ſiue vtriuſque hebetabitur, & alicuius ignominiæ labem ſiue infamiam ſubibit, & patri, ſi tunc vixerit, ſtragem obnunciat.

SOL *ad duos Aſellos de natura Solis & Martis*, denotat infauſtum & inſalubre tempus atque acutiſſimã febrem, vel aliquod incendium ſatis cum vitæ periculo, & fortunarum atq; honoris iactura: ſummoq; dedecore, inimicorum Martialium iras & odia experietur, & niſi prudenter cautum fuerit, de capitis diſcrimine agetur. Aut oculus dexter illi eruetur, aut à carnifice in patibulo publice ſuſpendetur, aut in perpetuos carceres detrudetur. At ſi locum illum ſtellæ ſalutares irrorauerint, vel felicibus radijs illuſtrauerint, duce prudentia poterit hos pernitioſos cœlorum defluxus effugere, & aliorſum diuertere.

SOL *ad Præſepe ſtellam nebuloſam in pectore Cancri, de natura Martis & Lunæ in profluuio, imitatam*, denotat quatenus illo anno natus procliuior fiet ad rixas, iurgia, lites, & hominum ſtrages, imo alicuius homicidij conſcius efficietur, admodũ iracundus & cholericus. Huiuſmodi occurſus admonet, vti præcauere debeat, ne ex ferro vel igne, aut ictu lapidis, ſiue tormentalis machinę interficiatur, aut quapiam cõtuſione oculorum acies eruatur. Martialibus præterea negotijs implicatus effugiat loca, in quib. tormentales machinæ traijciuntur, ne caput à ceruice diſſocietur, aut ob irã Principis amputetur, vel prudenter agat, ni volet exilij incommoda aut carceris atrocitatem & brachiorum tormenta experiri, vel ad triremes perpetuo deputetur, aut à pyratis dilanietur.

Digitized by Google

LVNÆ DIRECTIONES ad stellas fixas.

LVNA *ad sinistrum Orionis pedem, quem Arabes* RIGEL *vocant, de natura Iouis & Saturni, primi luminis stellam fixam, nimis furibundæ & calidæ complexionis atque rubicundam,* illi cuius fuerit genitura in externis regionibus varia vitæ impedimenta minatur, & Saturninos sibi valde infensos prouocabit, matri autem, vel quam eius loco habuerit, aut vxori mortis discrimina impinget.

LVNA *ad Spicam Virginis primæ magnitudinis de natura Veneris & Martis* ita genito opes affluentissimas & honores ampliſſimos contribuet, & ob eius ipsius genti dotes eximias à Venereis, Mercurialibus atq; Iouialibus Prælatis siue Ecclesiæ Cardinib. laudem, & vt dixi, diuitiarum incrementa atq; honores maximos condonabit.

LVNA *ad lucidam Hydræ, secundi luminis fixam de natura Saturni & Veneris*, ita genitum ad libidinem, & præcipue præposteram Venerem, siue meretricum concubitus rediget, solito propensiorem: illo anno hæreditatis atq; dignitatis conquirendæ desiderio flagrabit: spes autem frustrabitur: alicui ex mulieribus nati præcipue matri vel vxori, si tunc vixerit, vitæ discrimina obnunciat.

LVNA *ad caudam Cygni secundæ magnitudinis de natura Veneris & Martis*, ita genitum illo anno ad libidinem, venereasq; illecebras magis ac magis solito propensiorem rediget: luxuriosis quippe actibus atque lasciuijs, voluptatibus ac petulantiæ nimium occupabitur, vnguentis rebusque odoriferis oblitus plus solito oblectabitur: lautis conuiuijs, bibitionibus atque vinolentiæ obnoxius sub qualibet

Digitized by Google Vene-

Venere militabit, pulchris vestibus, cultuque fœmineo decorabitur, falsis item sermonibus, mordacibusque dictis risum atque cachinnos auscultantib, excitabit præter morem, & naturæ suæ consuetudinem, ambitione nimia solicitabitur plus solito, sinistro item oculo aliquid sinistri siue effusionem deguſtabit, non tamen illius aciem desidetabit, siquidem absque chirurgi remedijs curabitur.

Lvna *ad stellam fixam secundæ magnitudinis in sinistro Orionis humero collocatam de natura Martis & Mercurii*, nato magnam excitabit luxuriam & honoris affectum, sed iacturas suarum facultatum & ægrotationem acutam ingeret sibi & genitrici vel vxori, si tunc vixerint.

Lvna *ad Alanguem tertiæ magnitudinis fixam, quam Latini Serpentarium appellant de natura Saturni & Martis*, decernere videtur, quod natus illo anno erit veneficijs deditus, & à venenifera potione & serpentum morsibus sibi præcauendum admonet, non leuia patietur incommoda, & chronica ægrotatione conflictabitur, & aliqua ex nati mulierib. interibit.

Lvna *ad fixam Serpentarii tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Veneris*, tradiget natum incantationib, & veneficijs obnoxium, & ex mulieribus veneficique actibus nefarijs iustitiam, detrimenta & nigram nominis notam inferet.

Lvna *ad fixam in sinistro humero Bootis tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Mercurii*, aliquam decernit dignitatem, sed turpem denique nominis notam infliget, erit enim pro malis nati operibus accusatus cum carceris discrimine, tamen causa mortuorum aliquid emolumenti siue portiunculam hæreditatis cõsequetur, & aliqua ex suis mulie-

Digitized by Google

DIRECTIONES MEDII COELI ad stellas fixas.

Hircus mag. 1. natura Martis vel Mercurii.

Ad Aquilam volantem prima magnitudinis. Et ad cor Scorpii secundi honoris de natura Martis & Iouis insinuant, quatenus ita genitus illo anno cum Martialibus & Iouialibus consortium inibit honorificum magis quàm lucrigerum, quippe qui multa faciet dispendia: eritque ad rei militaris disciplinam solito propensior, & hastiludiis oblectabitur & ei in milites aliquod dominium ab Iouialibus demandabitur, aut in maritimis negotiis dabitur potestas in nautas, quorum plerique ob inuidiam odio prosequentur, alibi verò honoribus, inopinato præterea casu genitrici & filio, si tunc fuerint moris periculum imminebit, ex ferro vel igne, siue aqua feruenti aut graui ægrotatione.

MEDIVM COELI *ad oculum Tauri primi honoris de natura Martis & Veneris*, meliora tempora, aduersam nati fortunam ad felicitatem commutabunt, & læta incipiet afflare fortuna: huiusmodi quippe occursus honoris insignia, diuitiarum incrementa & lætam sortem nato contribuet, ex Martialibus & Veneteis patrocinia.

MEDIVM COELI *ad* BELDRGENSEM, *seu dextrum Orionis humerum primi honoris, de natura Martis & Mercurii*, denotat quatenus ita genitus illo anno in Martialibus negotiis occupabitur, & tanta arte, solertia & sagacis genii dexteritate vtetur, & stratagemata reperiet, vt inde dignitatem & honoris insignia apud milites, & Mercuriales viros etiam ingenioſos, cum reuerentia consequatur, maiora facturus dispendia, quàm compendia.

MEDIVM COELI *ad Hircum, siue* ALALOT *de natura*

Digitized by Google

natura Martis & Mercurii, hæc eadem fermè omnia quæ diximus apotelesmata affirmare videtur, quin etiam iussu Regis siue Principis Mauortii & Mercurialis itinera ita genito demandabuntur, eritque regiis negotiis & impedimentis illo anno præpositus, vnde lucrorum copiosa præsidia cum honoribus sortietur: finis autem videtur tragicus, siue pernitiosus: stellæ enim fixæ de natura maleficorum Planetarum dant dona grandia, sed plerunq; malum exitum sortiuntur.

MEDIVM COELI *ad Bellatricem secundi honoris fixam de natura Martis & Mercurii*, obnunciat annum fore bellis, rixis & calamitatibus plenum: ita genitus in odia, simultates & hostiles impugnationes incurret, & ni prudenter cautum fuerit, iussu Principis Martigenæ, & odio atq; accusationibus Mercurialium, carceris aut exilii incommoda patietur cum brachiorum cruciatibus & ignominia, seu nigra nominis nota, propter falsas scripturas, siue pecunias adulterinas & diuitiarum iacturas illo anno natus experietur omnimodas, si natiuitas fuerit mala.

MEDIVM COELI *ad* RIGEL *primæ magnitudinis fixam in Orionis humero, de natura Iouis & Saturni infimat*, quatenus iussu magni Principis Iouii iam senescentis natus illo anno fiet ductor exercitus, siue quorundam militum, asper, iracundus, intrepidus, imperiosus, magnanimus, vel aliquam consequetur dignitatem ecclesiasticam, & lucrorum copiosa præsidia: plerisque tamen sudoribus, laboribus atque anxietatibus implicabitur ac conquassabitur illo anno.

MEDIVM COELI *ad Canopum primi luminis fixam de natura Saturni & Iouis: vel ad sinistrum pedem Orionis, vel ad* FOMAHAND, *vel ad caudam Capricorni, vel*

ad

Digitized by Google

ad nares cœli: patrociniis Saturninorũ & Iouialium, vtpote ecclesiastici antistitis iam senescentis, denotat quod ita genito alta dignitas cum ingenti existimatione, gloria & diuitiarum affluentia demandabitur, & genitrix & filius, si tunc vixerint, læta sorte fruentur.

MEDIVM COELI *ad cor Leonis: ad Canem maiorem, ad Arcturum* ACARNAR *primi luminis de natura Iouis & Martis*, iussu magni Principis Iouis & Martis dignitas fiscalis, & in populos dominium demandabitur, aut alicuius oppidi seu ciuitatis moderator efficietur: fluminum præterea & aquæ ductuum dirigendorum atque ædificiorum onera suscipiet, & in omnibus suis actibus commendabitur & lucrabitur. Item circa bellicas gubernationes natum efficiet procliuiorem solito, aut in milites dominium ei demandabitur, potentiorum negocia exercebit cum honore magno, & in suis actionibus commendabitur.

MEDIVM COELI *ad caudam Capricorni tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Iouis* non abnegantem ad ædificia & agrorum culturas natum ita rediget solito propensiorem.

MEDIVM COELI *ad Spicam virginis primæ magnitudinis de natura Veneris & Martis primi luminis*, à Venereis & Martialibus maximi conferentur honores supra stirpis propriæ conditionem, adeò quidem quod ita genito in populos vitæ necisq; potestas demandabitur. In multis genituris compertum est, quod si quispiam ex ignobili etiam prosapia genitus habuit Spicam virginis, vel cor Leonis, vel alias stellas primæ magnitudinis in culmine cœlorum vel horoscopo, ad suprema rerum & honoris culmina peruenit, & ad Pontificiam potestatem e-

Digitized by Google latus

latus fuit: & hæ stellæ nunquam malum sortiuntur exitum, quemadmodum fuit in genituris Iulii Papę secundi.

MEDIVM COELI *ad Pleiades de natura Martis & Lunæ*, turbulenta & pernitiosa negotia, lites, iurgia, & controuersiæ mulierum causa portenduntur, quibus ita genitus anxietates, damna & dedecus experietur, vel ad hostiles aut piratarum manus detrudetur, & in cunctis actionibus impedietur, vel carceris aut exilii incommoda degustabit. Hæc directio ad Vergilias in principio decernit honores, sed officium malè cadens, siue exitum tragicum atque decorosum. Sed aduerte quod hæ sententiæ effectum habeant in malis genituris, non autem in bonis.

MEDIVM COELI *ad caput* ALGOL *secundi honoris, de natura Saturni & Iouis*, magnum aliquod vitæ discrimen denunciat causa homicidiorum, vel quod natus ita erit homicidii conscius, vnde secum agetur de capitis discrimine, vel reipublicæ præpositus & magistratum gerens plerosq; capite mulctare iubebit, à miserrima conditione illos eripiens, quandoquidem mors vltima linea rerum est.

MEDIVM COELI *ad fixam nebulosam de natura Solis & Martis, vel Martis & Lunæ* denotat, quatenus in actionibus Martijs & igneis adustus erit, & in duello quædam reperiet stratagemata: sed Martialium insidias & iras Regis siue Principis effugiat, ni volet diuitiarum iacturas & honoris experiri, neve oculorum aciem desideret, vel alterius membri amputationem patietur illo anno.

DIRE-

Digitized by Google

DIRECTIONES SOLIS ad stellas fixas.

SOL *ad* RIGEL *fixam primi honoris stellam de natura Iouis & Saturni, in pede Orionis collocatam*, denotat quatenus ita genitus illo anno efficietur audax, terribilis, insolens, ad homicidia solito propensior, factiones excitabit atque factiosos fouebit, inimicos potentes sibi nimium infensos prouocabit, aduersis quibusdam infortuniis affligetur, circa opes cumulandas solicitabitur, venationes neutiquam postergabit. Saturninorum insidias effugiat. Iupiter ab his periculis imminentibus tuebitur, duce prudentia, genitori vel quem ipsius loco habuerit, fortuna erit iniqua nouerca.

SOL *ad* ANTARES *cor Scorpii secundæ magnitudinis de natura Martis & aliquantisper Iouis*, claros decernit honores, sed ita genitus illo anno cautius agat, ne incautus à Martialibus decipiatur, & in oculis præcipuè dextro aliquid sinistri patiatur.

SOL *ad* ALGOMEYSAM *primi honoris fulgentissimam stellam fixam de natura Mercurii & qualitate Martis* nato altam in re militari dignitatem atq; imperiosam decernit prærogatiuam, postquam varias contentiones, inuidias, dispendia, & potentioris cuiusdam Mercurialis atque Martigenæ odia, & acerbas indignationes perpessus fuerit illo anno.

SOL *ad cor Leonis primi honoris, de natura Iouis & Martis, regiam quippe stellam*, denotat quod ita genitus tanta erit regia quadam maiestate & dignitate authoritateque præfulgidus, vt per multas variasque regiones sui nominis fama percurrat atque passim promulgetur. Annus igitur erit honoriger, vtilis & vsquequaque felicissimus nato, patri & suis fer-

Digitized by Google meo-

me omnibus consanguineis, sed ægritudinem acutam vtrique non tamen exitiosam.

SOL *ad* RASAIGENSE *secundi honoris stellam fixam de natura Martis & Mercurii*, non mediocrem pro factionibus gradum nato contribuet, actu enim ingenio & sagacitate præualebit, verum causa pecuniarum, aut ex pecuniis adulterinis, seu fœnore & mercibus bonorum honorisque iacturam patietur, imò carceris aut exilii incommoda ita genitus experietur illo anno.

SOL *ad oculum Tauri, primi honoris de natura Martis*, felicis fortunæ dabit initium, illo siquidem anno potentioribus præcipuè Martialibus adhærebit & cum Principibus commercium inibit honorigerum in rei militaris disciplina, lucrorum copiosa præsidia, honoris insignia, & laudem assequetur, sed exitus erit tragicus, seu dedecorosus, cum omnimoda fortunarum iactura, vel carceris, aut exilii incommoda experietur.

SOL *ad chelas Scorpii stellas fixas, secundi honoris*, nati honoribus detrahit & officit valetudini corporis, obnunciat siquidem nato & genitori, si eum habuerit, febrem acutam atque venenosam, & in aquis grande aliquod naufragii & vitæ discrimen, nihilo tamen secius apud homines Martiales natus illo anno aliquam assequetur cum ingenti laude expectationem. Annus denique partim bonus, partim verò malus.

SOL *ad Spicam virginis primi honoris de natura Veneris & Martis*, ita genito, parentibus & liberis, si quos forte habuerit, altam conferet dignitatem, fasces que primarios cum diuitiarum affluentia, rerumque omnium vbertate & fermè omnia felicitatum genera, adeò quidem, quod sæpius admiretur,

Digitized by Google

qua

qua ratione ad tanta rerum culmina peruenerit, sic repente primarios quippe magistratus, & cum honoribus ampliſſimis opes affluentiſſimas fuerit cõſecutus: imò nos plerunque audiumus & videmus pleroſque degeneres ex infimo gradu homines ad ſumma rerum faſtigia, & ſupremum in eccleſia gradum elatos fuiſſe, cum vitæ neciſque poteſtate.

Ad Spicam item virginis directio SOLIS *denoluta, præſertim in ſummo cœlorum apice ſupputatam*, ita genito, patri & liberis maximas decernit felicitates, & in eccleſiaſticis tantas & tales prærogatiuas, & faſces primarios cum opibus affluentiſſimis, vt omnes, nedum ipſi ſæpius ſint admiratione digni, quonam pacto ſic repente ad illas peruenerint felicitates.

Quis igitur humano ingenio & lingua Spica virginis in culmine cœlorum partiliter ſupputata decretà planius ac plenius enunciare poſſet? nam magiſtratus ſemper primarios, hæreditates maximas condonaſſe obſeruata eſt. Viuat igitur latus ita genitus, & non pigeat ipſum expectare huiuſcemodi exaltationes atque felicitates. Gaudeant quoque ſub tali ſydere nati, & geniti non ex parentum genere, ſed ſtellarum fortitudine. Hæc ſtella fulgentiſſima nunquam malum exitum obnunciare conſueuit, cum ſit de natura Veneris.

SOL *ad fixam in oculo ſiue cornu Tauri meridiano, de natura Martis & Mercurii*, inſinuat quatenus ſub tali ſydere genitus illo anno militaria negotia pertractabit, & cum actu exercebit, & plurima machinabitur atque reperiet ſtratagemata, ſed hoſtium inſidias experietur & vitæ pericula, illo anno ad hoſtiles manus perueniet, circa opes congerendas, & aliorum diripiendas inhiabit.

SOL *ad Vergilias ſiue Pleiades de natura Martis & Lunæ*, honor non benè cadens decernitur, oculorum

Digitized by Google acies

acies debilitabitur, ſiue vtriuſque hebetabitur, & alicuius ignominiæ labem ſiue infamiam ſubibit, & patri, ſi tunc vixerit, ſtragem obnunciat.

SOL *ad duos Aſelles de natura Solis & Martis*, denotat infauſtum & inſalubre tempus atque acutiſſimã febrem, vel aliquod incendium ſatis cum vitæ periculo, & fortunarum atq; honoris iactura: ſummoq; dedecore, inimicorum Martialium iras & odia experietur, & niſi prudenter cautum fuerit, de capitis diſcrimine agetur. Aut oculus dexter illi eruetur, aut à carnifice in patibulo publice ſuſpendetur, aut in perpetuos carceres detrudetur. At ſi locum illum ſtellæ ſalutares irrorauerint, vel felicibus radijs illuſtrauerint, duce prudentia poterit hos pernitioſos cœlorum defluxus effugere, & aliorſum diuertere.

SOL *ad Præſepe ſtellam nebuloſam in pectore Cancri, de natura Martis & Lunæ in proſluuio, imitatam*, denotat quatenus illo anno natus procliuior fiet ad rixas, iurgia, lites, & hominum ſtrages, imo alicuius homicidij conſcius efficietur, admodũ iracundus & cholericus. Huiuſmodi occurſus admonet, vti præcauere debeat, ne ex ferro vel igne, aut ictu lapidis, ſiue tormentalis machinę interficiatur, aut quapiam cõtuſione oculorum acies eruatur. Martialibus præterea negotijs implicatus effugiat loca, in quib. tormentales machinæ traijciuntur, ne caput à ceruice diſſocietur, aut ob irã Principis amputetur, vel prudenter agat, ni volet exilij incommoda aut carceris atrocitatem & brachiorum tormenta experiri, vel ad triremes perpetuo deputetur, aut à pyratis dilanietur.

Digitized by Google

LVNÆ DIRECTIONES ad ſtellas fixas.

LVNA *ad ſiniſtrum Orionis pedem, quem Arabes* RIGEL *vocant, de natura Iouis & Saturni, primi luminis ſtellam fixam, nimis furibundæ & calidæ complexionis atque rubicundam*, illi cuius fuerit genitura in externis regionibus varia vitæ impedimenta minatur, & Saturninos ſibi valde infenſos prouocabit, matri autem, vel quam eius loco habuerit, aut vxori mortis diſcrimina impinget.

LVNA *ad Spicam Virginis prima magnitudinis de natura Veneris & Martis* ita genito opes affluentiſſimas & honores ampliſſimos contribuet, & ob eius ipſius genti dotes eximias à Venereis, Mercurialibus atq; Iouialibus Prælatis ſiue Eccleſiæ Cardinib. laudem, & vt dixi, diuitiarum incrementa atq; honores maximos condonabit.

LVNA *ad lucidam Hydræ, ſecundi luminis fixam de natura Saturni & Veneris*, ita genitum ad libidinem, & præcipue præpoſteram Venerem, ſine meretricum concubitus rediget, ſolito propenſiorem: illo anno hæreditatis atq; dignitatis conquirendæ deſiderio flagrabit: ſpes autem fruſtrabitur: alicui ex mulieribus nati præcipue matri vel vxori, ſi tunc vixerit, vitæ diſcrimina obnunciat.

LVNA *ad caudam Cygni ſecundæ magnitudinis de natura Veneris & Martis*, ita genitum illo anno ad libidinem, venereaſq; illecebras magis ac magis ſolito propenſiorem rediget: luxurioſis quippe actibus atque laſciuijs, voluptatibus ac petulantiæ nimium occupabitur, vnguentis rebuſque odoriferis oblitus plus ſolito oblectabitur: lautis conuiuijs, bibitionibus atque vinolentiæ obnoxius ſub qualibet

Digitized by Google Vene-

Venere militabit, pulchris vestibus, cultuque fœmineo decorabitur, falsis item sermonibus, mordacibusque dictis risum atque cachinnos auscultantib. excitabit præter morem, & naturæ suæ consuetudinem, ambitione nimia solicitabitur plus solito, sinistro item oculo aliquid sinistri siue effusionem degustabit, non tamen illius aciem desidetabit, siquidem absque chirurgi remedijs curabitur.

Lvna *ad stellam fixam secundæ magnitudinis in sinistro Orionis humero collocatam de natura Martis & Mercurii*, nato magnam excitabit luxuriam & honoris affectum, sed iacturas suarum facultatum & ægrotationem acutam ingeret sibi & genitrici vel vxori, si tunc vixerint.

Lvna *ad Alanguem tertiæ magnitudinis fixam, quam Latini Serpentarium appellant de natura Saturni & Martis*, decernere videtur, quod natus illo anno erit veneficijs deditus, & à venenifera potione & serpentum morsibus sibi præcauendum admonet, non leuia patietur incommoda, & chronica ægrotatione conflictabitur, & aliqua ex nati mulierib. interibit.

Lvna *ad fixam Serpentarii tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Veneris*, redigit natum incantationib. & veneficijs obnoxium, & ex mulieribus venereisque actibus nefarijs iustitiam, detrimenta & nigram nominis notam inferet.

Lvna *ad fixam in sinistro humero Bootis tertiæ magnitudinis de natura Saturni & Mercurii*, aliquam decernit dignitatem, sed turpem denique nominis notam infliget, erit enim pro malis nati operibus accusatus cum carceris discrimine, tamen causa mortuorum aliquid emolumenti siue portiunculam hæreditatis cõsequetur, & aliqua ex suis mulie-

Digitized by Google

ribus mortis discrimina subibit illa anni intercapedine.

LVNA *ad Vnegam vulturem cadentem secundi honoris de natura Veneris & Martis*, nato opes affluentissimas & honores vltra modum & propriæ stirpis conditionem contribuet, vel officium vtile à potentioribus, & magna felicitatis ornamenta, vt regia quodammodo auctoritate ita genitus præfulgeat, & diuitiarum affluentia decoretur, connubium procurabit, vel sobolem seminabit atque suscipiet peruenustam.

LVNA *ad stellam nebulosam in oculo Sagittarii de natura Solis & Martis*, minatur in oculis natorum aliquid & impedimenti, sin minus vulnera siue contusionem in capite seu fronte, & vtriusq; oculi hebetudinem vel cœcitatem. Item ita genitus effugiat inimicorum insidias, balistarum iacula, scloppos, taurorum cornua, bestias cornutas, bucephalos, vrsos & luporum incursiones.

LVNA *ad Coronam septentrionalem siue stellas lucidas Coronæ borealis, secundæ magnitudinis de natura Veneris & Mercurii*, insinuat, quatenus sub tali sydere genitus illo anno publicis plausibus atq; honoribus decorabitur, vt eius nomen cum ingenti laude per vulgi & nobilium ora peruagetur, & à Venereis atq; Mercurialibus plus solito veneretur.

LVNA *ad stellas nebulosas, quæ in Geminis constitutæ sunt*, nato in oculis, præcipue sinistro læsionem ex contusione lapidis, aut incutiet nubeculam, quæ ipsius aciem obfuscabit, obnunciat præterea nõ spernendam ægrotationem, & aliquid dedecoris, & alicui ex suis mulieribus interitum.

LVNA *ad cor Scorpii secundæ magnitudinis de natura Martis & Iouis*, nato aliquam contribuet dignitatem,

Digitized by Google quæ

quæ tandem ſiniſtra erit, & formidinib. inimicitijſque plena: quare ſibi præcaueat ab hoſtium inſidijs, neve à quadrupedibus magnis, præcipue equis aut mulabus calcitroſis, & caſu ab alto vitæ diſcrimina experiatur & detrimenta patiatur: matri quoq; aut vxori mortem ſiue pernitioſam ægrotationem.

LVNA *ad Herculis fixam tertiæ magnitudinis de natura Martis & Mercurii*, inſinuat quod ita genitus illa annua tempeſtate erit ſuperbus, audax, terribilis, imperioſus, potens, ſui iuris & alijs imperare cupiens: Eritq; annus inſalubris, detrimentoſus & pernitioſus ſuiſq; mulieribus infauſtus, præcipue matri, ſi vixerit, aut vxori. *Aſt ſi ſalutaris ſtella Iouis aut Veneris locum illius loci ad quem peruenerit huiuſcemodi occurſus, hæc infortuniorum genera miteſcent, aut numine diuino penitus elangueſcent.*

DIRECTIONES PARTIS FORTUNÆ ad ſtellas fixas.

PARS FORTVNÆ *ad Chelas de natura Saturni & Martis ſecundi honoris*, minatur fortunarum iacturas ex igne ſiue incendio, aut ex militum atque ſeruorum rapinis.

PARS FORTVNÆ *à duabus vltimis partibus Chelarum, hoc eſt, Libra vſq; ad ſeptimam partem Scorpii completam, quam viam combuſtam plerique vocitant*, iacturas minatur atq; difficultatem in mutatione ſtatus bonorum & ſubſtantiæ.

PARS FORTVNÆ *ad cor Leonis primi honoris ſtellam fixam*, auſpicio Regis ſeu magni Principis decernit copiam affluentem diuitiarum, ſiue luctorum copioſa præſidia, & ex conſequenti honores amplißimos perennes.

Digitized by Google

PARS FORTVNÆ *ad Spicam virginis primæ magnitudinis stellam fixam fulgentissimam*, ita genito supra stipis suæ conditionem & qualitatem generis, amplas opes, magnam dignitatem atq; potentiam contribuet, voluptuosum quoque tempus decernitur nato & alicui ex suis mulieribus faustum. *Hæc Gauricus.*

QVINTA SEV POSTREMA PARS OPERIS HVIVS DE IVDICIIS revolutionum.

SOLIS ANNVVS REDITVS.

SOL periodum suam annuo semper spatio semel absolvit. Hinc fit, vt singulis annis ad illud Zodiaci punctum, in quo natiuitatis tempore inuentus fuit, reuertatur.

Tempus autem, quo is Solis reditus ad natiuitatis locum contigit, inuestigare, adq; illud figuram cœlestem construere, vocant Astrologi REVOLVERE: *Quod quo pacto fiat, non est nostri propositi docere. in aliorum libellis Astrologicis id traditur. Nos tantum de iudiciis revolutionum pauca monebimus.*

In illis autem texendis Thema radicis cum figura revolutionis semper conferendum erit, habendaque ratio transpositionis cuspidum, earum dominorum & significatarum rerum: *verbi gratia, quo in loco figuræ revolutionis ascendens radicis, vel qualibet alia domus constituta reperiatur.* Nam ex tali transpositione totum iudicium revolutionis dependet, vt: *si signum sexte*

Digitized by Google

sexta vel septima domus radicis fuerit signum ascendens reuolutionis, eo in anno morbos, corporisq; imbecillitatem natus experietur, præsertim, si domus illa in radice fuerint infortunata.

Sic signum septimæ domus radicis ascendens reuolutionis, multa litigia eo anno significat, & nato apto ad matrimonium, vxorem denotat. In qua domo si reuolutionis dominus secundæ, ♄ & ♁ reperti fuerint, per eos domus significata eo anno habere poterit augmentum rei familiaris, & sic de cæteris.

Nam significatores radicis edere effectus suos singulis annis existimantur per illarum domorum, in quibus tempore reuolutionis constituuntur, significata.

In reuolutionibus autem considerare oportet:

Primum, num Planetæ aut ad sua redeant loca, quæ occuparunt natiuitatis tempore; aut ad loca aliorum Planetarum accedant, in quibus & illi tempore natiuitatis fuerint collocati.

Secundo, quod generaliter omnis reuolutio, in qua Planetæ sunt contrario modo dispositi statui geniturę, etiamsi bene disponatur, periculum ingens significet: veluti, si cui in genitura omnes sint sub terra, in reuolutione autem supra terram, seu, cui omnes cadentes à domibus in genitura, & omnes in reuolutione in proprijs fuerint domicilijs.

Digitized by Google

DE REDITIBVS PLANETARVM ad loca sua, & accessu eorundem ad loca aliorum Planetarum in radice natiuitatis.

DE SATVRNO.

SATVRNVS si redierit in reuolutione ad locum suum natiuitatis, & fuerit bene positus in radice & reuolutione, promouet natum à dignitate ad dignitatem.

Si ad locum *Iouis* in natiuitate, fundi reditum præstabit vberiorem, eritq; natus lætior.

Si ad *Martis* locum, erit iracundus, rapax.

Si ad *Solis* locum, habebit rixas & iurgia cum mulieribus & infirmitates calidas.

Si ad *Veneris*, erit dissimilis sibi, & videbitur insanire.

Si ad *Mercurii*, erit industrius, ingeniosus, laboriosus, & si fuerit senex, à melancholia vexabitur.

Si ad *Lunæ* (& ipse Saturnus dispositor vitæ, vel ascendentis natiuitatis dominus) vix euadet periculum à casu, vel suffocatione, vel morbo frigido.

DE IOVE.

IVPPITER cum ad locum suum redierit, confert bonum, quod in radice significauit, habebit lucra & substantiam à patre, quam non sperauerat.

Si ad *Saturni* erit auarus.

Si ad *Martis* profundet & dispergit.

Si ad *Solis* & fuerit combustus, natus erit in periculo mortis, donec transeat combustionem.

Si ad *Veneris*, voluptatem & gaudia sectabitur.

Si

Digitized by Google

Si ad *Mercurii*, erit ſapientior, & in negocijs ſagax, vtetur maiorum hominum familiaritate.

Si ad *Lunæ*, filiorum incrementum promittitur.

De Marte.

Mars ad locum ſuum in radice recurrens, ſi fuerit idem locus aliquis angulorum, & ſignificauerit in radice bonum, habebit illo anno valetudinem bonam, & lucra ex prælijs.

Si ad *Saturni*, erunt negocia ipſius impedita, ipſe natus piger & debilis.

Si ad *Solis*, occidet, aut occidetur, ſi fuerit ſignum mortis violentæ: alias ad mortem vſque laborabit.

Si ad *Veneris*, verſabitur natus in libidinibus cum mulieribus.

Si ad *Mercurii*, ludet libenter, erit mendax, & artificijs incumbet.

Si ad *Lunæ*, erunt illi itinera & negocia infinita.

De Venere.

Venvs ſi redit ad locum ſuum, peruenit ad dominium, & renouabuntur res, quas ſignificauit in radice: creſcet in ſocietate, nutritione, veſtimentis & opibus.

Cum ad *Saturni* locum accedit, fœdo coitu inquinabitur, & turpibus delicijs vacabit.

Si ad *Iouis*, pulchra diliget, & de diuitijs acquiſitis gaudebit.

Si ad *Martis*, erit ſalax & malorum morum.

Si ad *Mercurii*, delectabitur ratiocinationibus.

Si ad *Lunæ*, delectabitur itineribus, mulieribus, negociationibus.

De Mercvrio.

Si *Mercurius* redierit ad locum ſuum, habebit bonum & venerabile nomen.

Digitized by Google

Si ad *Saturni*, delectabitur studio ædificandi, fundi, decipiendi.

Si ad *Iouis*, pollicetur diuitias & honores.

Si ad *Martis*, venationi studebit.

Si ad *Solis*, & fuerit in bono statu, habebit honorem & dignitatem à Magistratu.

Si ad *Veneris*, pro mulieribus & rebus inutilibus solicitus erit.

Si ad *Lunæ*, itinera suscipiet & negociationes.

De Lvna.

Luna in reuolutione, si redeat ad locum suum, & ipsa sit in aliquo angulorum in bono statu, & salua ab infortunis, significat corporis sanitatem, habebit honorem, bonum nomen & dignitatem præclaram.

Si ad *Saturni*, facit vitam laboriosam.

Si ad *Iouis*, diuitias & honores, & potentum gratiam.

Si ad *Martis*, ad rapinam, itinera, laborem, & periculo incitabit, natumque in vitæ discrimen conijciet.

Si ad *Solis*, occultis intentum facit.

Si ad locum *Veneris*, cum mulieribus negocia tractabit, & erit hilaris.

Si ad locum *Mercurii*, totus rationibus erit intentus.

Ex Cardano.

De proprietatibus Planetarum dominantium ascẽdenti reuolutionis, & signorum in ascendente existentium.

Cum dominus ascendentis fuerit *Saturnus*, erit timidus & auarus,

Digitized by Google Si

Si *Iuppiter*, ad religionem, honores & bonos mores inclinabitur.

Si *Mars*, ad crudelitatem & rapacitatem.
Si *Sol*, ad seueritatem & tristitiam.
Si *Venus*, ad lasciuiam.
Si *Mercurius*, ad sapientiam.
Si *Luna*, ad itinera, & erit volubilis opinionis.
Si ascendit ♈, erit in timore mortis violentæ.
Si ♉, ægrotabit ex libidine.
Si ♊, solicitabitur in secretis perquirendis.
Si ♋, erit amator rerum publicarum, & studiosus vel laborioſus.

Si ♌, tristis & superbus.
Si ♍, erit amator honorum.
Si ♎, erit in periculo vitæ ratione gulæ.
Si ♏, erit infirmus ratione cogitationis & pertinax.

Si ♐, solicitabitur circa ædificationes.
Si ♑, erit solicitus pro pecunijs & bonis mobilibus.

Si ♒, maledictus erit & malus vir.
Si ♓, erit superbus valde. Idem de Virgine sed non tantum.

DE TRANSITIBVS PLANETARVM PER DOMORVM cuspides & cætera loca præcipua natiuitatis.

TRANSITVS Planetarum per domorum cuspides, & reliqua loca præcipua natiuitatis, fiunt per cursus Plane-

Digitized by Google

Planetarum in signis & gradibus Zodiaci. Nam Sol per motum suum proprium transit in spatio vnius anni per omnia talia loca, Luna singulis mensibus, Saturnus in 30. annis fere, Iuppiter in 12. annis, &c.

Si Luna transiuerit per talia loca, disponit dies eorum iuxta sui & loci naturam per quæ transit, *vt Venus, si per cursum suum transiuerit per ascendens radicis, tunc corpus bene se habebit, fiet natus alacer & promptus in operationibus suis.* Transitus autem mali per hæc eadem loca, disponit dies eorum iuxta sui ac loci, per quem transit naturam, *vt si Mars per ascendens transiuerit, tunc corpus se male habebit iuxta naturam Martis, vt tunc fiet iracundus, &c.*

Lunæ transitus per 3. horas ante & post in vigore est. Sed aliorum Planetarum transitus per diem vnum ante & post sentiri potest.

Transitus domini ascendentis radicis per gradum infortunæ radicis, infortunat natum illo die, iuxta positionem infortunæ, in domo reuolutionis, maxime si illa infortuna dominium habuerit in anno.

Vide transitum Lunæ per totum annum reuolutionis, & ad eum locum scilicet transitus compara locum Lunæ radicis, videndo aspectus & coniunctiones illorum duorum locorum, scilicet radicis, & dierum reuolutionis. Nam si fuerit aspectus amicitiæ inter hæc duo loca, vel fuerit coniunctio, vel aspectus Lunæ radicis cum fortuna in dieb. reuolutionis, significat diem fortunatum. Vel si fuerit coniunctio, vel aspectus Lunæ radicis cum infortuna in diebus reuolutionis, significat diem infortunatum. Hoc autem significatum de bono vel malo erit de natura Planetæ, cum quo Luna habet coniunctionem vel aspectum, & etiam de natura signi ac proprietate, in quo fuerit.

Vide

Digitized by Google

Digitized by Google

coniunctionem vel aspectum, & etiam de natura si-
gni ac proprietate, in quo fuerit.

Vide

Digitized by Google

Vide etiam quando Luna in anno transfuerit per locum infortunæ radicis, quoniam est mala significatio.

Reliqui autem transitus habent significationes suas sicut directiones & profectiones, sed sunt debilioris significationis, quod bene notabis.

Porro ad inueniendum transitus, vt & aspectus Planetarum per domorum cuspides & cætera loca, subieci descriptionem tabulæ meæ natiuitatis, quã Astrologicum speculum nominant: cuius exemplo, qui volet, ad cæteras quasque natiuitates peculiarem tabulam construere poterit.

Hus referatur tabula litera T.

Vt au-

Vt autem tabulam hanc melius intelligas lector, subieci thema meæ genituræ, vnde facile colligere potes, quomodo cognitis præcipuis in Natiuitate locis, speculum Astrologicum & ad aspectus & ad transitus sit conformandum. Huic addidi etiam iudicium, quod doctissimus vir *Conradus Dasypodius Astrologus Argentinensis* ante 14. annos succincte de ea conscripsit: tu optime Lector, ad regulas suprapositas eam prolixius examinabis.

SCHEMA OSTENDENS POSITVM STELLARVM TEMPORE NATIVITATIS HENRICI RANZOVII.



Digitized by Google

IVDICIVM DASYPODII.

MARS in propria domo.
VENVS in propria domo.

Coniunctio benigna Iouis & Veneris, fortunarum in domo propria Veneris.

Sextilis aspectus Veneris & Iouis ad Lunam ex 7. Cardinali domo in 4.

Sextilis aspectus Veneris & Iouis ad Mercurium ex septima in 4.

Coniunctio Mercurij & Lunæ in quarta domo Cardinali.

Caput Draconis & fidicula in secunda domo.

Coniunctio Solis & Saturni in Ariete infortunata est.

Cætera omnia bona feliciaq; sunt.

Directi & veloces sunt omnes Planetæ, excepto Mercurio retrogrado.

Omnes Planetæ sunt in Planetarum exaltationibus: ergo honores ipsi promittuntur: & sub terra, excepta Venere, quæ & ipsa occidit, quod ingenij vires occultas designat & longam vitam,

Oppositio præcedens natiuitatem cadit in decimam domum. Nam Luna fuit in 18. gradu Virginis supra terram, id significat etiam honores.

Sol in exaltatione excellentes honores atque dignitates largitur.

Duo Planetæ in proprijs domibus faciunt illustrem, splendidam ac celebrem fortunam, & in maxima vitæ parte & in suis actionibus felicem & fortunatum.

Mercurius in angulo dat alacritatem ingenij, literarumque atque disciplinarum studium, inprimis vero rerum mathematicarum & naturalium.

Digitized by Google

Con-

Coniunctio Mercurij & Lunæ, in quocunque ſigno fiat, excellentia facit ingenia, in quib. non tantum eſt indolis præſtantia, ſed & induſtria atq; ſagacitas eximia, verum retrogradus Mercurius actiones, non ingenia impedit.

Mars morborum ſignificator, calidas & ſiccas infirmitates corporis adfert, quas etiam expertus eſt.

Inppiter generalis ſignificator diuitiarum in ſeptima ex cõiugio diuitias durabiles per omne tempus vitæ largitur, præſertim cum ſit fortis & fortunatus coniunctus Veneri in proprio ſigno.

Septima domus cum ſuis ſignificatoribus bene conſtituta feliciſſimum dat coniugium, præſertim cum beneficiPlanetæ in ſeptima exiſtentes ſint felices & potentes, nobilem, diuitem & opulentam atque bene moratam coniugem promittunt.

Itinerum ſignificatores promittunt honorifica itinera ob res Iouiales, taleſq; actiones & perſonas vel propter perſonas regias inſtitutas.

Mars in quinta domo cum Saturno in proprio ſigno, etſi in hoc loco hi ſolent negare filios: tamen cum Mars ſit dominus natiuitatis aſcendentis & quintæ domus, in ſua triplicitate & termino fortis dedit filios, & datos nonnullos ſeruabit, eruntque potentes. Nam Saturnus propter loci, hoc eſt, quintæ domus præſtantiam nihil mali perpetrare poterit in domo Martis circumdatus à Sole & Marte, quorũ alter in exaltatione, alter in domo ſua exiſtit: genuit enim cum vxore ſua ſeptem filios & quinque filias.

Ex liberis Henrici Ranzouii mortui ſunt hi: I. Theodericus, Lubecæ, Anno Chriſti M. D. LXXII. II, Iohannes Heidelbergæ, Anno Chriſti M. D. LXXXII. Octobris die XVII.

Digitized by Google

XVII. peſte. III. Catharina filia, nupta Friderico ab Alefeld, tribus liberis relictis, mortua A.C. M.D.LXXXVII. Martis die XXVI. IV. Eodem quoq; anno Fridericus filius, Regis Galliarum partes ſecutus, à ſicariis interficitur Nouemb. die XXIX. V. Caim deniq; febri moritur An. Chriſti M.D.XCI. Aprilis die viceſimo cum vixiſſet annos vigintiocto menſes octo dies vndecim.

Diuturnam autem fore vitam Henrici Ranzouij, oſtendunt Iuppiter & Venus in ſeptima, quæ felicem plerunque deſignant ſenectutem. Atque idem conſtat ex aſcendente & Luna, quæ eſt Hylech. Deinde ex Almuthen genituræ ſcilicet Marte: & Lunæ ſigna ſunt humida, & ſatis humidi radicalis ſuppeditant ipſi. Dominus vero aſcendentis & Almuthen ſcilic. Mars & per ſe feruens eſt, & feruidum ſignum domicilium proprium occupat, vnde æquali menſura natiuum calorem humido radicali proportionatum præbet, ita vt neque humoris redundantia calorem ſubito extinguat neque conſumi ab ipſo poſſit. Habet etiam omnes Planetas ſub terra felices. Illi tamen anno climacterico LVI. aſtra mortem minata erant. Aſcendentis enim profectio eius anni peruenit ad octauam domum & ad quadratum Solis, Saturni & Lunæ, quæ eſt Hylech, ad oppoſitionem Solis, Saturni & Martis. Deinde directio aſcendentis contendit etiam ad quadratum Solis, quem tamen, vt à me ac ipſo prædictum fuerat, ſuperauit, ſed non ſine graui morbo.

Et quanquam diu ſit victurus, tamen quantum exſignificatione aſtrorum colligi poteſt, ominantur illa Ranzouium morte mirabili vel ſubitanea eſſe periturum. Nam Sol, Saturnus & Mars ſunt in ſigno violento, & cauda eſt in octaua domo, cum ſtella violenta Hercule. Quod (vt *Deus* auertat) eiq; con-

Digitized by Google

cedat, vt omnibus animi ſenſibus integris ſpiritum, vnde accepit, reddat, ac in vera ac pia nominis diuini inuocatione, ex hac vitæ colluuione, ad æternam immortalitatem feliciter emigret ex animo precor. *Hactenus Daſypodii iudicium.*

Hæc prædictio conſecuta fere fuiſſet eventum ſuum hoc anno Chriſti M. D. XII. quando ſeptem latrones conducti quatuor vicibus vitæ meæ inſidias bombardis ſtruxerunt: cum tamen nemo ſe ex profeſſo hoſtem mihi declaraverit. Sed Deus facinoroſorum iſtorum machinationes mirabiliter patefactis, clementer auertit: ita vt iuſto DEI iudicio maior iſtorum pars debito reta ſupplicio ſit affecta.

SEQVITVR DE PRÆCEDENTI NATIVITATE DOCTORIS Thomæ Finckij Medici Doctoris Haffnienſis iudicium

Cum nonnullis aliis notatu dignis.

EST *in hac natiuitate vnum conſideratione & attentione dignum.* Natiuitas in Æquinoctium incidit: Sol in angulum. Hinc primo reuolutiones natiuitatis cum mundi reuolutionibus annuis, vt hactenus ita deinceps, ſemper conueniunt: Solque pene ſemper in figura reuolutionum annuarum angulos occupat; nec ipſe tantum, verum non raro Mercurius, vnde conſenſus conſtitutionis generalis & ſpecialis complexionem iuuat, vitam prorogat, vigorem præſtat & efficaciam ſummam rebus gerendis addit.

Pla-

Digitized by Google

Planetarum dignitates & eorum infortunia in præcedente natiuitate sic se habent.

Luminaria in suis domicilijs non versantur, nec vlli Planetæ ad luminaria diuertuntur.

Mercurius non est in domicilio suo, nec quenquam reliquorum hospitio suo accepit.

Venus in propria domo est, & insuper Iouem ad se recepit.

Mars in propria domo & hospites habet Solem & Saturnum.

Iuppiter extra domicilium suum eo tamen Lunam admisit.

Saturnus est extra domum, sed caput Draconis in ea existit.

Sol est in sua exaltatione, eoq; Saturnum & Martem aduocatum habet.

Iuppiter est in exaltatione Lunari.

Mercurius & Luna in Veneris altitudine.

Venus vicissim in Lunari.

Sol in sua triplicitate.

Sunt liminaria extra sua detrimenta, sic etiam reliqui Planetæ. Solus Mercurius in illud incidit.

Saturnus & Mercurius sunt in suo casu.

Saturnus, Iuppiter & Mercurius sunt peregrini.

Anno ætatis LXII. ascendens peruenit ad quadratum Solis sub diuisore Mercurio, & durat hic aspectus vsq; ad annum LXVIII. vbi quadratus Saturni ipsum excipit sub diuisore Ioue.

Digitized by Google

IVDICIA ANNVARVM PROFECTIONVM LOCORVM

Hylegialium ex Schoneto.

PROFECTIO est progressus significatoris per totam signorum seriem æqualis, periodo duodecim annorum absolutus: quæ ad sequentis tabulæ exemplum componi solet:

Tabula universalis profectionum annuarum.

Anni currentes	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
1	13	25	37	49	61	73	♈	♉	♊	♋	♌	♍
2	14	26	38	50	62	74	♉	♊	♋	♌	♍	♎
3	15	27	39	51	63	75	♊	♋	♌	♍	♎	♏
4	16	28	40	52	64	76	♋	♌	♍	♎	♏	♐
5	17	29	41	53	65	77	♌	♍	♎	♏	♐	♑
6	18	30	42	54	66	78	♍	♎	♏	♐	♑	♒
7	19	31	43	55	67	78	♎	♏	♐	♑	♒	♓
8	20	32	44	56	68	80	♏	♐	♑	♒	♓	♈
9	21	33	45	57	69	81	♐	♑	♒	♓	♈	♉
10	22	34	46	58	70	82	♑	♒	♓	♈	♉	♊
11	23	35	47	59	71	83	♒	♓	♈	♉	♊	♋
12	24	36	48	60	72	84	♓	♈	♉	♊	♋	♌

Digitized by Google

PRIMO: DE PROFECTIONIBVS Horoscopi. id est, partis orientalis in genitura, itemq; Lunæ, quid singulis in domibus efficiant.

CVM profectio ascendentis, itemq; Lunæ peruenerit ad Primam domum, alacritas quædam sentiri solet singularis, experiuntur etiam tunc felicem fortunam in actionibus, & rebus suis, maxime si luminaria ceciderint, & ipsa in annua conuersione fortunata, ac si perfectio habeat prosperas configurationes radiorum genituræ. Hoc tempus lucrū, principatus, ac honores, ac charitatem propinquorum spondet. Tunc aptum tempus comparare ea, quæ corporis vitæq; cultus, & cura postulat, vestes, cibum, iumenta arma & quicquid est homini necessariū ad victum cultumq; corporis.

Cum vero ad Secundam domum peruenerit horum profectio, opera danda erit emptionib. & venditionibus, pecuniæ collocationibus, repetendis nuncijs, totiq; rei pecuniariæ. Tum lusibus, & gymnasijs vacabimus, sperabimusque de hostibus victoriam, sed metuentur domestica damna flammæ & furtorum.

Cum ad Tertiam, in itineribus studeant. Hoc tempore cum consanguineis, & religiosis apte negocia gerentur. Sed metuant nati occultos morbos & odia diuturna.

Cum ad Quartam, lucrum sperandum, & precium operæ, accessio hæreditatis, benignitas, & fauor parentum, quique illorum loco sunt. Tum thesauros obrutos terra scrutabimur, & argenti fodinas excutiemus, arcana & abstrusa inuestigabimus, posse-

Digitized by Google

ſeſſiones, frumentaque comparabimus, aut vendemus. Exſtruemus ædificia, piſcinarum lucra quæremus, teſtamenta condemus, de ſepultura mandabimus. Hoc autem tempore ſentiemus animi triſtitiã, & mortis metum, periculoſum tunc fuerit in aquis verſari, in ardua conſcendere, militares luſus armorum exercere, glaciem tranſire, coram regib. & principibus apparere, itinera longa facere, eodem tempore vilitas, & contemptio nato accident.

Cum ad Quintam, delectationi eſt nato puerilis ætas, voluptatem etiam capiet de mulierum conſuetudine, & ex ſodalitijs. Sed pericula impendent mendaciorum, & proditionis. Tum opera danda liberis, amicitiæ, conuiuijs, colloquijs, & confabulationibus, ac circulis. Aptum eſt hoc etiam tempus pacificationibus, contractibus, conficiendis literis, mittendis nuncijs, nauigationibus, mercatibus, veſtibus nouis cum incidendis tum induendis, inque ſummo ingenij obſequio. Eſt enim lætificum & felix, præſertim ſi luminaria, atq; adeo aſcendens pars fortunæ ceciderint in conuerſione annua. Siq; hæc profectio proſperis configurationibus à radijs natiuitatis imbuatur.

Cum ad Sextam, variorum morborum timenda ſunt pericula, odia, & inimicitiæ excitabuntur, quæ tempore longo durent. Et, vt ſemel dicam, nihil fortunabitur rerum omnium. Tunc caute erga famulos, & ſeruientes mercede nos geremus. Iter non faciemus, non incidentur neque induentur noua veſtimenta. Tempus hoc mercatibus aduerſum, omnibuſq; contractibus & negotijs, conuentib. conſilijs, deliberationibus, aduerſum & fundationibus, & inceptionibus noui operis, quodque durare velimus:

Digitized by Google

mus: Magna tamen diligentia versabimur in vsu cibi & potus, vt morbos effugere possimus, qui de leuissima hoc tempore occasione existere soleant, maxime cum lumina quoque in annuæ conuersionis domibus infortunatis fuerint, pertigeritq; profectio ad malefica corpora, radiosve geneseos.

Cum ad Septimam, tum homines laborant animi quadam morositate, & impatientia, nec non à mulieribus facile ductantur, pericula impendent, & domestica damna à flammis & furtis, cum mulieribus rem habere conueniens tempus, vxorem petere ducereq;, celebrare nuptias, mercaturas facere, prosequi fugitiuos, instituere conciliationes & pacificationes. Bellis, tumultibus, expeditionibus penitus contrarium, maxime si luminaria, & ascendēs pars in conuersione annua infeliciter ceciderint, aut cum profectio pertigerit ad configurationes noxias. Hoc enim est hostium tempus, quod ad nocendum potissime excitari consueuere.

Cum ad Octauam, tempus est ægrotationum, & detrimentorum, tum vel corpus, vel res affligi solet, tum mendacia, perfida, proditiones metuēdæ, tum ipsa mors ingruit. Quare attēti erimus in victu, cultuq; ac rebus omnibus de quibus nasci morbi possent. Itinera non facies, cōsultationes, tractationesque rerum ac consilia vitabis, nec incidi patiere, nec indues vestes nouas, non mercabere, non vendes, non aleę studebis, non dabis mutuum, non spondebis pro altero ad pugnam proficisci, litemve mouere, itemq; venam incidere, cucurbitulasque, & scarificationes, deniq; medicina vti vitabis, neq; quicquam aggrediere quod periculum contineat, maxime si luminaria infortunate ceciderint in con-

Digitized by Google

uersione annua, cumq; profectio ad maleficarum configurationes geneseos peruenerit.

Cum ad Nonam, tempus conueniens longis itineribus, si qua in genesi forte decernantur, tum studia literarum, ac artium colunt nati, tunc amicitias, & necessitudines externorum, aut ab externis fructus acquirunt, tunc apud principes, & pontifices versari, cotamque apparere, & benignitatem illorum experiri velle aptum, studiaq; potissima Astrologica, & Chymica exercere, literas amāter perscribere, tabellarios mittere, deniq; ingenium, & aciem mentis intendere, auspicatissimum est.

Cum ad Decimam, illo in tempore res gerent apud Principes, cumq; illis erunt, aut magistratu fungentur, potienturve honoribus pro loco & ordine suo, si tamen in genesi decernantur: hoc enim est tempus splendoris, famę, dignitatis, honoris sed damna domestica flāmæ & furti metuenda: tunc conuenit à regibus & principib. fortunæ augmenta petere: promittitur enim commodæ petitionis successus, tunc munera capessenda, subeundæ clientelæ, artibus & disciplinis danda opera, proficiscendum ad bellum, persequendi hostes, versandum in iudicijs, & foro, faciendum iter, nauigandum, disceptādum de iure, celebrandi conuentus, incidenda, induendaque noua vestimenta, & vt dicam semel, omnium rerum felices tum inceptiones & conatus esse solent, maxime si quam prosperitatem genesis decernat, sique luminaria loca felicia in annuę conuersionis themate possideant, cumq; ad prospetas configurationes profectio pertigerit. Natus etiam eo tempore magisterium suum renouabit.

Cum ad Vndecimā, tum hilaritas sentietur, multos,

Digitized by Google

tos, & conuenientes amicos natus acquiret quæq; volet fere consequetur omnibus in rebus, obtrectatoribus tamen & maledicis non carebit. Fortunatissimum est hoc tempus omnium, quicquid facere, moliriq; velimus, tunc præter spem & opinionem bona contingunt, tunc aptum ad Reges & Principes, atq; illorum præfectos accedere, & cum amicis colloqui, nec non omnium cum hominib. ordinum ac conditionum, negotiorum gerendorum [illegible]atia commisceri, præsertim si res pecuniaria & facultatum agatur, tum mercabimur, vendemus, ludemus alea, collocabimus pecuniam, mutuum dabimus, vocabimus in ius, colloquia, conuentusq; frequentabimus, faciemus iter terra, induemus noua vestimenta, migrabimus, expeditiones bellaq; mouebimus, pugnabimus, hostes persequemur. Quicquid enim tunc facere inceperimus, felicem sortietur exitum, cum hoc sit tempus summæ & maxime propriæ felicitatis.

Sed ad Duodecimam, cum peruenerit profectio, tum infestabuntur nati ab occultis ægritudinibus, tum diuturnæ inimicitiæ se proferent, tum omnib. in rebus difficultates, & aduersitates nati obijcientur, contrarium tempus itineribus, conueniens hostibus, quorum tunc odia, consilia perfida, conatus insidiosi aduersus capita, famam ac rem nati, potissime inualescunt. Itaq; pericula carceris & captiuitatis ipsi impendent. Nemo tunc velit operam dare mercatibus, frequentare conuentus & colloquia transactionum, mutuum dare, nouas induere vestes tum venationes equorumque, ac iumentorum vsus discriminis plenus est.

Quando profectio ascendentis pertinget ad corpus infortuna: vide in quam domum reuolutionis ipsa infortuna

Digitized by Google

ce.iderit, quoniã significat damnum in significatis illius domus. Verbi gratia, Sit Saturnus in Libra in quarta radicis: fiat autem profectio ascendentis radicis ad quartam domum radicis, ad signum Libræ, vbi Saturnus fuit in radice, qui Saturnus in eodem signo Libræ inuentus est in figura reuolutionis, in quinta domo, quæ filiorum est. Significat igitur eo tempore mortem filiorum, aut minus damnum in eis, vel etia[illegible] alijs significatis quintæ domus.

Quando profectio ascendentis radicis ad caudam reuolutionis fuerit, significat tristitiam & damnum à vilibus hominibus.

De profectionum partis fortunæ, secundæq; domus decretis.

PARS Fortunæ ac Secundæ domus profectiones vbi ad Primam domum peruenerint, tunc est aptum rei operam dare, & facultates augere. Tunc & insperata obtingent bona. Quidquid tunc agere incipiet, prosperum sortietur exitum maxime earum rerum, cumq; ijs hominib. quorum commendationem signum ascendentis in genesi, illiusque dominus acceperit, quæ felicitas etiam illius in stellæ peculiari die ac hora intendetur, cum signum illud ab ortu ascẽderit. Quo loco sciendum, fortunam propriam singularum domorum maxime respondere stellæ dominatrici domus, deque illius natura, earumq; rerum, eorumq; hominum, quorum commendationem habet, existere.

Vbi ad Secundam, accedit bonum & lucrum speratum. Tunc euidenti fructu mercabuntur, vendẽtque, ac domesticam rem augebunt nati.

Cum

Digitized by Google

Cum ad Tertiam, tum aliquid commodi sentiemus à consanguineis, fratribus, sororibus, comitibus.

Cum ad Quartam, exspectandum bonum à parentibus, occultis sub terra rebus, à fructib. & agricultura, hæreditatibus, metallis, mercatibus, possessionum vsu, piscinis & aquis.

Cum ad Quintam, liberi vtilitati ac voluptati fiunt nati, vtiles amici, fertile solum, fructuosæ arbores, negotiationes scripturę, vestium librorum exercendæ, sperandum bonum à cibo, medicina, amoribus.

Cum ad Sextam, lucrum fit de captiuis famulis, ancillis, pecore, suibus, capris, apibus, & si quid est in re nostra vile ac inane.

Cum ad Septimam, promittitur commodum ab vxore, ab ætate prouectis mulieribus, à litibus & iure, ab hostibus & inimicis.

Cum ad Octauam, hæreditates decernuntur, & lucrum vxorium. Hoc tempore custodiemus nostras domus ac res cum diligentia, impendet enim periculum à furibus & prædonibus. Non detur tunc pecunia mutuo, non deponatur, vix enim quicquã recipi poterit.

Cum ad Nonam, vtiliter fient longiusçula itinera, bonum aliquod obueniet à longinquis locis, ab artibus, ab Ecclesiæ primatibus, atq; illis omnibus, quorum commendationem signum domus nonæ habuerit.

Cum ad Decimam, beneficia Principum sperãda, lucrum artium, & professionis, & functionis.

Cum ad Vndecimam, bonum ab amicis expectandum. Tunc lucrosæ erunt negotiationes, feliciter pecunia tunc mutuo dabitur. Hoc optimum est tem-

Digitized by Google

tempus petendæ debitæ pecuniæ, aut meriti beneficij à Principibus.

Cum vero ad Duodecimam proderunt captiui, & mala facinora, equi, boues, asini, & huiusmodi animalia, sed tamen vere aliquid de fortunis minuitur, puta, vt clam, maxime si Saturnus, vel palam Mars hanc domum in genesi possederint, aut signi illius domini fuerint.

De Stellarum dominantium signis, partis fortunæ & secundæ domus decretis.

CVM Saturno cesserit dominium profectionis annuæ partis fortunæ, vel secundæ domus, & cum profectio hæc fortunatum locum tenuerit, aut in secundas Saturni configurationes inciderit, promittuntur tum possessionum augmenta, hæreditates, thesauri, metalla, fœcundum solum & agriculturæ opes. Sed eadem profectio in loco infortunato, aut Saturni coniunctione, eiusdemve opposita, vel quadrata configuratione, significat auiditatem & solicitudinem in augenda re, facitque illiberales, parcosque, nec tamen cum successu, aut enim facultates non augebunt, aut si auxerint, aliqua calamitate amittent.

Iuppiter harum profectionum dominator, cumque hæ infortunatis locis ceciderint, aut ad Iouem accesserint, vel cum illo configuratæ fuerint, bona facultatesque augent munificentia Regum & Principum ac nobilium, promittuntq; omnium rerum profectus, potissimum autem à primatibus Ecclesiæ beneficia. Sed si profectiones hæ forte inciderint in loca infortunata, tunc vel bonum ipsum ostensum non tribuitur, aut etiam damnum fit & dispen-

Digitized by Google dium

dium incuria aut mercatur incommodis, aut etiam prodigalitate, & temerarijs impensis, amittitur aut minuitur.

Vbi Mars dominium sortitus fuerit harum profectionum, ipsæq; fortunatis in locis, aut cum configurationibus secundis illius repertæ fuerint, decernitur fortuna belli & pugnarum, principatus ordinum militarium, lucrum armorum, equorum, & rutilantium ac bellicarum rerum, nec non Chymiæ, & quicquid igne elaboratur. Sed cum hę profectiones vel infortunata in loca, vel cõiunctionem Martis, aduersasve configurationes illius incurrerint, contraria omnia sentientur, dum & damna dabuntur natis à flammis, prædonibus, furibus, mendacibus, hostibus, & occasionibus alijs Martialibus.

Cum Sol dominus fuerit harum profectionum, cumque illæ fuerint fortunatis in domibus, aut ad secundas peruenerint Solis configurationes, significat regia beneficia, & facultatum incrementa benignitate Principum, promittit & auri metallum, & successum in Chymia, & operibus omnibus quæ ad ignem fiunt. Sed cum inciderint in loca infortunata, aut peruenerint ad Solis coniunctionem, oppositam ve aut quadratam configurationem, tum vero à Regibus & principibus malum, visq; natis afferetur, eripienturq; boua, ac facultates minuentur, Chymia spem omnem frustrabitur, neq; omnium operum quicquam vtiliter ad ignem fiet.

Veneris cum fuerit harum profectionum dominium, cumq; ipsæ ceciderint in figura natiuitatis feliciter, aut ad coniunctionem configurationesve Veneris peruenerint, tum familiaris res augebitur lucris, mulieribus, vestib. aromatis, coloribus exoticis, preciosis mercibus. Quæ tamen his rationibus

Digitized by Google

pepercit aliquis, ea libenter in vſus voluptuarios epularum & Veneris impẽdet. Hæ autem profectiones in locis infortunatis repertæ, decernunt ijſdem ex rebus, quas ſupra cõmemorauimus, detrimenta ac malum.

Si Mercurius fuerit adminiſtrationem harum profectionum adeptus, ipſæq; inuentæ felicibus in locis geneſeos, aut Mercurij configurationibus, ſpem faciunt lucroſarum mercaturarum, ſpondetq; emolumenta fori, ſcripturarum, rationum, itinerum, artium & ingenij, & fere vniuerſæ rei pecuniariæ. Sed ſi profectiones in loca infelicia inciderint, tum metuendum malum ab ijs rebus, illorumq; hominum genere, de quo diximus, & quod Mercurius commendatum habet.

Luna vero cum fuerit profectionum harum dominatrix, ipſæque profectiones repertæ in domo felici geneſeos, cumque ad Lunam, ipſiuſque configurationes peruenerint, pollicentur lucraque ſtumque ex itineribus, mulieribus, aquis & aquaticis locis, ac omnibus rebus, quarum Luna commendationem ſortita eſt, metallis argenti, inque repentinis negotijs. Si autem in loca infelicia hæ profectiones ceciderint, ex ijſdem rebus ſubita damna ſignificantur.

Non etiam ignorandum harum profectionum partis fortunæ, & domus vndecimæ felicia ſignificata valde intendi, ſi cum Capite fuerint, aduerſa vero, ſi cum Cauda. Itaq; his cum Capite nihil felicius eſt, cum Cauda, nihil infelcius.

De

Digitized by Google

De profectione medii cæli & Solis significatis.

CVM hæc profectio peruenerit ad Primam domum, tunc promittitur fortuna munerum & functionem publicarum, artificiorum, imperij, acceſſioneſq; amicitiarum, gloriæq;, ac dignitatis amplitudo, ſiquidem hæc nato geneſis figura decreuerit: ac etiamſi hoc ipſo tempore priuatus adhuc fuerit, magiſtratum tamen præfecturamve adipiſcetur, neq; ambitione, neq; labore vllo ſuo.

Cum ad Secundam, experientur nati fortunam præfecturarum, benignitatemq; Regum, ac Principum, & artificiorum.

Cum ad Tertiam, mediocris fortuna conditionis & profeſſionis decernitur. Magis tamen metuendum malum, quam ſperandum bonum, videntur tunc orbi futuri patribus, aut amiſſuri conſanguineos.

Cum ad Quartam, nihil niſi aduerſum expectetur dignitati & honoribus, tum infamia & parentum odium timẽdum, & afflictio metuenda à Principibus.

Cum ad Quintam, tum verſabuntur cum liberis libenter, & ex illis aliquam capient voluptatem ac fructum, amicitias colent, ſed & libidini indulgebunt, quo fiet vt ſuæ dignitatis ac loci immemores, damnum flagitiumque faciant.

Cum ad Sextam, tempus proſperum & ſecundũ, faciendis quibuſcunq; rebus, negotijs gerendis, familiæ, iumentorumque vſui accommodatis, ſed dignitatis, famæ, profeſſioniſque detrimenta, tum labefactionem ſentient.

Cum ad Septimam, tunc famæ, profeſſionis, dignita-

Digitized by Google

gnitatis, honorum, gloriæ ſperanda amplificatio. Tum & amore implicabuntur nobilium, & ſplendidioris, quam ſuum ſit, generis mulierum. Amittunt autem morte patres, conſanguineoſve.

Cum ad octauam, animi erunt triſtes, ſoliciti, anxij, metuenda infamia, & aduerſa fortuna dignitati ac profeſſioni, infamia, obtrectatio, deniq; omnium rerum difficultas & detrimenta.

Cum ad nonam, tum longa portenduntur itinera, quorum faciendorum cauſam occaſionemque præbeat dignitas, profeſſio & magiſterium. Tum externis innoteſcent, cumq; illis vtiles, & fructuoſas iungent amicitias.

Cum ad decimam, feliciſſimus ſtatus promittitur dignitati, profeſſioni, famæ, muneri quo quiſq; fungitur. Tum res meliores faciunt Regum, Principumq; munificentia, ſuaq; virtute nouum ſplendorem conſequuntur.

Cum ad vndecimam, tum congregant reditus profeſſionum & munerum, & principalium beneficiorum, ſed & benefici erga ſuos tunc eſſe ſolent.

Cum vero ad duodecimam, aliquid nato dampi facient, quod à Regibus & Principibus detur, aut profeſſionis, honorumve detrimenta ſentient, aut Principum amittent benignitatem, aut obtrectationibus, inuidia, maledicentia premuntur, tum & conſanguinei, aut amici morte eripiuntur.

De dominatrice profectionis ſtella medij cœli, deque ſignificatis configurationum illius.

CVm Saturno dominium profectionis huius obtigerit, ipſaque profectio inciderit in domum fortunatam geneſeos,

Digitized by Google

neseos, aut ad secundas configurationes Saturni peruenerit, decernitur animi acrimonia, diligens cogitatio, & cura rerum gerendarum, sedulitas in exercendis artibus ac studijs, cum emolumento tum nostro argentifodinas ærarias scrutabimur, studijs coniungemur, agriculturæ studebimus. Sed hæc profectio si fuerit in sexta, septima, octaua, duodecimave domo geneseos, siue ad Saturnum, oppositam ve ac quadratam configurationem accesserit, omnibus in rebus tum damna & aduersitates sentient, quæ ad dignitatem, famam, professionemque pertinent, tum & animi inertes, segnes, & inimici lenes, & agricolæ erunt.

Sed Iuppiter vbi dominus fuerit huius profectionis, ipsaq; in loca fortunata, aut configurationes Iouiales inciderit, tũ felicitatem experientur nati, & prosperos successus artium, studiorum, & dignitatis incrementa, tum si quis forte priuatus fuerit, ad honores perueniet, gratus erit primatibus Ecclesiæ, & nobilibus, & ab his beneficijs afficietur. Sed in locis infortunatis reperta hæc profectio, contraria omnia à Iouialibus decernit, à quibus impostura, & simulationum damna infligantur.

Mars dominator huius profectionis, ipsaque reperta in locis fortunatis, secundisve configurationibus Martis, excitat animos, & elatos reddit, confidentesque in rebus gerendis. Tum quod edicent nati, nemo contemnet, Chymiæ, operibusque, quæ ad ignem fiunt, studebunt, nec non metallicis negotijs, cum lucro. Sed eadem profectio in locis infortunatis inuenta, aut cum Marte, illiusve opposita ac quadrata configuratione, minatur odia, inuidiam, calumnias, inimicitias, publica munera administrantibus. Tum & damna metuenda, quæ afferant prædones aut in-

Digitized by Google

cendiarij. Tum & periculum impendet, honoris & dignitatis imminutio.

Sol cum dominum huius profectionis sortitus, si ipsa felicibus in locis geneseos constituta fuerit, aut ad Solis secundas accesserit cõfigurationes, tum nati benignitatem & munificentiam sentient regum ac principum, honorib. & dignitate præditi, tum magnis & arduis negocijs occupabuntur, cum gloria & vtilitate. Si quis tum priuatus fuerit, non magno labore, honores consequetur. Sed in loca infelicia, aut Solis coniunctionem, oppositam ve ac quadratam configurationem si inciderit, tum diuersum pronunciandum erit. Nã ab eo hominum genere cuius Sol commendationem accepit, damnis maloque afficientur, & spoliabuntur honoribus & dignitate.

Vbi Veneris erit dominium huius profectionis, ipsaq; feliciter in genesi ceciderit, aut peruenerit ad Venereas configurationes, dignitates & honoris bonis placide fruentur, mulierum beneficio & opera, vel saltem mulierum negocijs dabunt operam nati. Si quis tunc priuatus fuerit, mulierum Veneriſq; beneficio ac opera honores consequetur. Sed in locis infelicib. profectio reperta à Venereis damna malũq; denunciat.

Mercurius dominator profectionis medij cœli, cumq; hæc profectio feliciter in genitura ceciderit, aut ad configurationes Mercuriales accesserit, tum in honoribus muneribusq; publicis gerendis grauiter versabuntur nati, vnde laudem & famam consequentur. Si quis tum priuatus fuerit, facile ingenij sui viribus ad honores perueniet. Sed infelicib. in locis geneseos hæc profectio reperta, multa excitabit maledicta, obtrectationes, inuidiam, aduersitates fungentibus publicis munerib. quorum fere omnium auctores sint scribæ, mercatores & Mercurialis conditionis homines pro-

Digitized by Google

progressione de sua, damnis tamen citius, quam commodis afficientur.

Sed si Luna gubernationem susceperit huius profectionis, & ipsa felicibus in loci genitura, aut Lunaribus configurationibus inuenta fuerit, tunc erunt in administrationibus, ac professionibus varij ac instabiles, multas reo Publicas gerendas, præsertim muliebres capessent. Sed infortunata loca profectio si hæc tenuerit, multa contraria obijcientur fungẽtibus muneribus publicis, in quib. administrandis molestias non vniusmodi sustinebunt, quarum causa manabit potissimum à populi & vulgi temeritate.

FINIS.

Digitized by Google

ZACHARIAS PALTHENIVS
De Hoc Astrologiæ Natvralis Libro.

NAturali huic Astrologiæ maior laus debetur, quam artificiali: partim quod fideliot est & superstitiosa minus: partim quod non adeo facile imponere potest nobis. Nam quid attinet curiosa sectari, quando vix ea, quæ in prospectu sunt, pervestigare possumus, etiam quæ nullis neq; principijs firmantur, neq; certum est, verane sint an ficta: cuiusmodi videtur esse artificialis, non vsq; adeo peruia humano iudicio. At naturalis eo experientia prouehit, vt non possit nō inops mentis esse, qui hanc frustraneam esse dixerit. In hac excelluerunt Moses & Abrahamus, teste Iosepho & actis Apostolor. cap. 7. Præterea Ioseph Patriarcha, qui de seipso Gen. 44. ad fratres inquit: An ignoratis, quod non sit similis mei in augurandi arte? Estq; hæc naturalis Astrologia pars altissimis plena mysterijs, profundissimam rerum sacratissimarum contemplationem, & donū totius naturæ complectens, non tātum faciens miranda, quam naturæ facienti subsamulans. Omnino igitur, vt nocturna diurnaque versetur manu, & ab omnibus maxime fiat, dignissima.

PER-

Digitized by Google

PERORATIO OPERIS.

REcitati iam sunt breuiter varii erigendarum figurarum cœlestium modi, & domorum significationes, nec nõ signorum Zodiaci, Planetarum ac stellarum quorũdam fixarum naturæ ac vires annotatæ, quas si quis diligẽter animaduerterit, facile sua industria colligere illarum effectus, & ex his de inferioribus corporibus, in quæ agunt, aliquid pronunciare poterit.

Et cum cœlum diuidatur in XII. partes siue domos, considerandum, quæ signa sint in earum cuspidibus, quæ in domibus intercipiantur, qui Planetæ in illis sint collocati, quomodo domos, & se inuicem aspiciant, quæ signa occupent, & quæ stellæ fixæ, præsertim regiæ sint in angulis: ex quibus euentus secũdum Albohali, Ptolomæi, Schoneri, Pontani, Cardani, Leouitii, Gaurici, Iunctini, &c. præcepta ab experientia deducta ratiocinando colligimus: ita vt ex figura natiuitatis, quid cuiq; accidere possit, vtcumque deprehendamus. Ex directionib. vero annum, & ex profectionibus & transitibus menses & dies venemur. Reuolutiones autem adiuuant directionem, si sunt vnanimes & concordes: si discrepent, & fuerit mala reuolutio, directio eo anno erit imbecillior.

Sed est animaduertendum, quod directionum effectus interdum eo statim anno, in quem directio-

Digitized by Google

ctiones incidunt, contingant, interdum tardius, v
post annum vel biennium: quam ob causam reuolu
tiones adhibentur.

Nonnulli etiam volunt quod Planetæ tardioris motus & superiores paululum protrahant tempus, & magis quam inferiores, directionum q; vis ad plures annos duret, donec significator alium significatorem contingat. Effectus tamen eorum euidentior est initio, nam paulatim vires deficiunt.

Si quid boni itaq; stellarum positus pollicentur, danda erit nobis opera, vt eam siderum bonitatem adiuuemus & augeamus diligenti cura ac studio: mala vero atq; infelicia industria atq; consilio optimo mitigemus, aut piis precationib. & vitæ nostræ innocentia auertamus, vel etiam prorsus effugiamus. Præmoniti enim cæcos animi impetus frænare, & diligentia ac moderatis consiliis multa magna pericula effugere, aut certe graues ærumnas mitigare poterimus. Nam inclinant astra, & non necessitant: & sapiens, vt ille ait, astris dominatur.

His fruere Lector, ac Vale.

FINIS.

Digitized by Google

HENRICVS RANZOVIVS AD POSTEROS ET LECTOREM.

A quo ſum natus, dictus fuit ille IOANNES:
HENRICVS proprio nomine dicor ego.
Maiores & auus genitor proauuſq; abauuſq;
Lumina RANZOVIÆ clara fuere domus.
Aſt antiqua dedit mihi ſtirps Walſtorpia matrem,
His me prognatum glorior eſſe viris.
Cimbria bellipotens tellus eſt patria facta,
Semina virtutum prima dedit q; mihi.
Has ſcripſi, vt ſcires, Lector, quicunq; fuiſſem,
Et notum memori me coleres animo:

Digitized by Google

SYMBOLVM HENRICI RANZOVII.

Deß zeitlichen Lebens Außgang/ Jst deß ewigen ein Anfang.

Pingitur illud per cranium hominis demortui, spicis tritici ex eo nascentibus, cum superadstante clepsydra pene exinanita, cui ipsi denique candelabrum impositum est, cum cereo, qui breui deficere videtur.

IOAN. LAVTERBACHIVS, P. C.

Ranzouidum decus, Holsaticas, HENRICE, per oras,
Imperium Dani qui vice Regis obis.
Enascens cranio seges, hora, nitensq; lucerna
Indicium vitæ, mortis & omnem habent.
Æterna vitæ natalis funeris hora,
Si dux est verbum corde lucerna DEI.
Non moritur, vitam moriens baptismate lotus,
Qui pendet verbo, mente fideq;, subit.
Hæc tua dum pietas animo tibi suggerit, Heros,
Hæc precor vt felix sis pietate tua.
Est vere felix qui magnos inter honores,
Hospitii & patriæ, viuit in orbe memor.
Hospitium tellus, est cœlum patria, præfert
Hospitio patriam sanctus & astra suo.

NICOLAVS REVSNERVS.

Quid cranii sibi forma noui vult ista? quid hora?
Quidq; super cranio vult noua nata seges?

Nempe

Digitized by Google

Nempe Dies mortis, vita fit origo perennis:
Qui moritur mundo, nascitur ille Deo.
Scilicet hoc, Henrice, placet tibi Symbolon, Heros
Inclyte: quod pietas suggerit ipsa tibi,
At tibi sera dies mortis tamen accidat, opto:
Vt sint virtuti tempora longa tuae.
Et quacunq; Deus te sponte beauerit hora,
Æterna vitae sit genitiua dies.

Idem.

Summa dies mortis, vitae natalis habetur
Æternae: si vis viuere, disce mori.
Mors hominem mortis pariter morbiq; periclis
Subtrahit, & vitae certa fit arrha nouae.

Albertus Lemeierus.

Grana velut putrefacta nouas meditantur aristas,
Corpus sic gignent ossa sepulta nouum.
Nempe ex interitu fluit instauratio nostri,
Principiumq; boni finis acerbus habet.

Petrus Lindebergius.

Mors quae corporea est huius destructio massae,
Ianua ea est, vitae principiumq; nouae.

Idem.

Transitus è viuis vitae caelestis origo est.
Qui Christo didicit viuere, viuit homo.

Idem.

Lux ea mortalis quae ducitur vltima vitae,
Rursum natalis ducitur esse nouae.

Hermannus Embsichouius.

Nascendo morimur, vitae altera morte paratur,
Vita hanc mors, mortis funera finis erunt.

Digitized by Google

Paulus ab Eitzen Th. D.

Viuentes morimur, morientes viuimus, ergo
Viue memor mortis, mortemq; paueſcere noli.
Vita malis plena eſt, pia mors precioſa quies eſt.
Vitam mors ſequitur, ſed mortem vita beata.
Mors nobis lucrum, quia vita eſt Chriſtus Ieſus.

Bonifacius Calenius.

Qui moritur Domino, mors ſua vita pia eſt.

Prudentius.

Mors hæc reparatio vitæ eſt.

Eiuſdem Ranzouij Symboli æquipollentiæ.

Mors vitæ principium,
Interitus reſtaurat.
Corruptio generat.
Finis præteriti, principium futuri.
Victurus morere.
Miſeria felicitatem parit.

Τὸ παρὸν οὐδὲν, τὸ δὲ μέλλον πάντα.

Futura præſentia non videbunt ſed præſentia futura.

D. Bernhardus.

Mors piorum eſt finis malorum, & ianua ad vitam.

Cicero.

Mors beata vitæ initium.

Epaminondas Thebanus apud Valerium lib. 3 jam moriturus.

Non finis, commilitones, mea vita, ſed melius & altius initium adeunt, nunc enim veſter Epaminondas naſcitur, quia moritur.

Digitized by Google

INDEX

NDEX IN LIBRVM DE GENETHLIORVM IV-

DICIIS.

Bſciſſores	197
Amici nati	267
ni enneatici	290
ni hebdomatici	ibid.
ni periculoſi nati	288
ſit natus primogenitus	223
tiſcia	39
tiſciorum tabula	41
arentibus commoda	221
endentis ſignificationes	158
ectus Planetarum in natiuitatibus	169
put Draconis & eius ſignificata	55
uda Draconis & eius ſignificata	ibi.
put & cauda Draconis in prima domo	33
put & cauda Draconis in ſecunda domo	70
put & cauda Draconis in tertia domo	76
put & cauda Draconis in quarta domo	81
put & cauda Draconis in quinta domo	86
put & cauda Draconis in ſexta domo	92
put & cauda Draconis in ſeptima domo	98
put & cauda Draconis in octaua domo	105
put & cauda Draconis in nona domo	112
put & cauda Draconis in decima domo	119
put & cauda Draconis in vndecima domo	126
put & cauda Draconis in duodecima domo	133
rceres nati	273
rdines ſeu anguli	125
li in duodecim domos diuiſo	20

Con-

Digitized by Google

Configurationes Lunæ cum Planetis 213
Coniugia nati. 229
Coniugium honestum ibid.
Coniugij mala 30
Coniugum numerus 32
Coniugii tempus 31
Coniunctiones Saturni cum reliquis Planetis in natiuitatibus 165
Coniunctiones Iouis cum Planetis ib.
Coniunctiones Martis cum Planetis 166
Coniunctiones Solis cum Planetis ibid.
Coniunctiones Veneris cum Planetis 167
Coniunctiones Mercurii cum Planetis ibid.
Coniunctiones Lunæ cum Planetis 164
Corporum crassities aut macies 206
De amicis nati aliud iudicium 269
De carceribus seu captiuitate nati aliud iudicium 274
De coniugio aliud iudicium 232
Decreta capitis & caudæ Draconis, & partis fortunæ quotiescunq; directiones Apheticorum locorum in eorum puncta venerint. 326
De dignitatibus aliud iudicium 247
De diuitiis aliud iudicium 242
De fortuna nati aliud iudicium 248
De ingenio nati aliud iudicium 218
De inimicis nati aliud iudicium 272
De itineribus aliud iudicium 265
De liberis aliud iudicium 237
De morbis & infirmitatibus nati aliud iudicium 281
De morte regula generalis 293
De morte vndecim regulæ Leouitii 291
De morte & mortis genere aliud iudicium 287
De parentibus aliud iudicium 224
De religione nati aliud iudicium 252

Digitized by Google

e vita quantitate aliud iudicium 199
iameter Saturni 180
iameter Iouis ibid.
iameter Martis 185
iameter Solis 183
iameter Veneris & Lunæ ibid.
ignitates domorum cœlestium 22
ignitates & honores nati 244
rectio Solis ad stellas fixas 342
rectio Lunæ ad stellas fixas 343
rectio medij cœli ad stellas fixas 329
rectio partis fortunæ ad stellas fixas 324
uitia & paupertas nati 238 & seq.
micilia cœli duodecim 20
micilia cœli, eorundemque significata versibus comprehensa 33.34
minus hora 58
mus cœlestis quid 20
nus cœlestis prima 23. Eius appellationes, significationes, consignificatores, partes corporis, color, dignitates, aspectus & Domini triplicitatis ibid.
nus secunda cum iis quæ circa eam considerantur 24
nus tertia 25
nus quarta 26
nus quinta ibid.
nus sexta 27
nus septima 28
nus octaua 29
nus nona ibid.
nus decima 30
nus undecima 31
nus duodecima ibid.
decim domiciliorum disiunctiones 21
s violentus ex stellis fixis 191

Digitized by Google

Facultatum incrementum ex stellis Iouis 189.190 &c.
Forma & color qua Planeta natis imprimunt 182
Forma nati 248
Fortuna quatuor habet causas 249
Fratrum cades 227
Fratrum concordia 227
Fratrum discordia ibid.
Fratrum numerus 228
Fratrum paucitas 223
Fratrum & sororum conditio 225
Fratrum & sororum multitudo ibid.
Hereditatum indicia 243
Hereditates nati ibid.
Hora dominus 58
Hora Planetaria 57
Hora Planetarum ibid.
Horarum Planetariarum vsus 58.59
Hora temporalis 57
Horoscopi directio ad stellas fixas 326
Horoscopi significationes ad Planetarum corpora & radios directa 296
Horoscopus ad Saturnum ibid.
Horoscopus ad Iouem 297
Horoscopus ad Martem 298
Horoscopus ad ☉ 300
Horoscopus ad ♀ 301
Horoscopus ad ☿ 302
Horoscopus ad ☽ 303
Imagines cœli quadraginta octo 43
In corporum forma & statura qua considerandæ 185
In doctrina domorum cœlestium quadam notanda 33
Ingenium & mores nati 207 & seq.
In iudicio de ingenio & moribus tria considerandæ 208

Itim-

Digitized by Google

Iemere nati 257
Iudicia directionum locorum Hylegialium ad ſtellas fixas 326
Iudicij Genethliaci ſpecialis methodus 192
Inimici nati 270
Iuppiter & ea, quæ in eius doctrina conſiderari debent 47
Iuppiter in prima domo 59
Iuppiter in ſecunda domo 66
Iuppiter in tertia domo 71
Iuppiter in quarta domo 77
Iuppiter in quinta domo 82
Iuppiter in ſexta domo 87
Iuppiter in ſeptima domo 94
Iuppiter in octaua domo 100
Iuppiter in nona domo 107
Iuppiter in decima domo 115
Iuppiter in vndecima domo 122
Iuppiter in duodecima domo 127
Iuppiter dominus genituræ 129
Iuppiter in domo Saturni 136
Iuppiter in domo ſua ibid.
Iuppiter in domo Martis 138
Iuppiter in domo Solis ibid.
Iuppiter in domo Veneris 139
Iuppiter in domo Mercurij ibid.
Iuppiter in domo Lunæ 140
Liberorum amor 236
Liberi felices & infelices ibid.
Liberi nati 233
Liberorum paucitas 234
Liberi ſpurij, boni, mali 235
Liberorum ſexus 236
Luna, eius qualitates, ſignificationes & appellationes 54.55

Luna

Digitized by Google

Luna dominum genituræ 161
Luna in prima domo 64
Luna in secunda domo 69
Luna in tertia domo 75
Luna in quarta domo 80
Luna in quinta domo 86
Luna in sexta domo 91
Luna in septima domo 97
Luna in octaua domo 104
Luna in nona domo 111.112
Luna in decima domo 119
Luna in vndecima domo 125
Luna in duodecima domo 132
Luna configurationes cum Planetis 113.114.115
Lunæ directio ad stellas fixas 336
Lunæ qualitates accidentales 57
Lunæ significata in duodecim signis 113
Luna in domo Saturni 153
Luna in domo Iouis 154
Luna in domo Martis ibid.
Luna in domo Solis 155
Luna in domo Veneris ibid.
Luna in domo Mercurii ibid.
Luna in domo propria 156
Lunæ significationes ad Planetarum corpora & radios directa 318
Luna ad Saturnum ibid.
Luna ad Iouem 319
Luna ad Martem 320
Luna ad Solem ibid.
Luna ad Venerem 322
Luna ad Mercurium 323
Magisterium nati vel opus, seu vitæ genus 253. & seq.
Maritus vtrum vxori præmoriatur 232

Digitized by Google

's & eius qualitates, significationes & appellationes 49
's dominus genituræ 175
's in prima domo 60
's in secunda domo 67
's in tertia domo 72
's in quarta domo 78
's in quinta domo 83
's in sexta domo 88
's in septima domo 94
's in octaua domo 101
's in nona domo 107
's in decima domo 115
's in vndecima domo 122
's in duodecima domo 128
's in domo Saturni 140
's in domo Iouis ibid.
's in domo propria 141
's in domo Solis 142
's in domo Veneris ibid.
's in domo Mercurij 143
's in domo Lunæ 144
tis significatores 223
ii cœli significationes ad Plànetarum corpora seu ra-
ios 97
ium cœli ad Saturnum 303
ium cœli ad Iouem 306
ium cœli ad Martem 307
ium cœli ad Solem 308
ium cœli ad Venerem 309
ium cœli ad Mercurium 310
ium cœli ad Lunam 311
ii cœli directio ad stellas fixas 312
curius, eius qualitates, significationes & appellationes
3

Digitized by Google

Mercurius in prima domo 63
Mercurius in ſecunda domo 69
Mercurius in tertia domo 74
Mercurius in quarta domo 80
Mercurius in quinta domo 85
Mercurius in ſexta domo 90
Mercurius in ſeptima domo 95
Mercurius in octaua domo 103
Mercurius in nona domo 110
Mercurius in decima domo 120
Mercurius in vndecima domo 125
Mercurius in duodecima domo 131
Mercurius dominus genituræ 162
Mercurius in domo Saturni 151
Mercurius in domo Iouis *ibid.*
Mercurius in domo Martis *ibid.*
Mercurius in domo Solis 152
Mercurius in domo Veneris *ibid.*
Mercurius in domo propria *ibid.*
Mercurius in domo Lunæ 153
Morbi quibus affligitur natus 276
Morbi corporis nati 278
Mors mulierum 231
Mors nati 282
Mortis ſignificationem qui Planeta habeat 201
Mortis ſignificationes ratione domorum, ſignorum & Planetarum 293.294
Naſcendi tempus 237
Natus an ſit primogenitus 225
Oppoſitiones Saturn. cum Planetis 177.178
Oppoſitus Iouis 180
Oppoſitus Martis 181
Oppoſitus Solis 182
Oppoſitus Veneris & Lunæ *ibid.*

Parti-

Digitized by Google

ntum alienus animus 220
ntum amor ibid.
ntes clari ibid.
ntes nati 119
ntum mors 222
fortunæ in prima domo 65
fortunæ in secunda domo 76
fortunæ in tertia domo 81
fortunæ in quarta domo 87
fortunæ in quinta domo 92
ortunæ in sexta domo 99
ortunæ in septima domo 105
ortunæ in octaua domo 113
ortunæ in nona domo 120
ortunæ in decima domo 126
rtunæ in vndecima domo 133
rtuna in duodecima domo 155.156
fortunæ accidentia in singulis Planetis
fortunæ ad Planetas eorumq; radios directæ significa-
nes 324
iorum bonorum dissipatio 221
inationes nati 257
arum accidentia ratione Solis 56
arum horæ 57
arum mediorum motuum tabulæ 45
arum motus proprius ibid.
arum proprietates versibus comprehensæ 42.43.44.
45.
arum significationes in propria vel alterius domo

s modus erigendi themata cœli 14
tio corporum ratione Zodiaci 185
one quatuor partium anni 186
ans cœli 20

Google

Quadratus Saturni 176.177
Quadratus Iouis 179
Quadratus Martis 180
Quadratus Solis 177
Quadratus Veneris 178
Quadratus Mercurii & Lunæ ibid.
Quartus modus erigendi themata cœli 16
Quintus modus erigendi themata cœli ibid.
Regionum ac vrbium, quæ duodecim Zodiaci signis subsunt, tabulæ 260. & seq.
Religio ac pietas nati 250.251
Reuolutio Solis 342
Saturnus & singula quæ in eius doctrina considerantur 54.55.
Saturnus dominus genituræ 160
Saturnus in prima domo 59
Saturnus in secunda domo 65
Saturnus in tertia domo 71
Saturnus in quarta domo 76
Saturnus in quinta domo 81
Saturnus in sexta domo 87
Saturnus in septima domo 93
Saturnus in octaua domo 99
Saturnus in nona domo 106
Saturnus in decima domo 113.114
Saturnus in vndecima domo 120
Saturnus in duodecima domo 126
Saturnus in proprio domicilio 133
Saturnus in domo Iouis 134
Saturnus in domo Martis ibid.
Saturnus in domo Solis 135
Saturnus in domo Veneris ibid.
Saturnus in domo Mercurii 136
Secundus modus erigendi themata cœli 15

Digitized by Google

Side-

Siderum cœlestium appellationes versibus comprehensa 34
Signa affectuum 38
Signa bonorum ingeniorum 37
Signa directe & oblique ascendentia 36
Signa humana 37
Signa imperantia & obedientia 36
Signa masculina & fœminina *ibid.*
Signa mobilia, fixa & communia *ibid.*
Signa obesa & macilenta 37
Signa ignea, aerea, aquea, terrea. 35
Signa pulchritudinis & deformitatis 36
Signa Septentrionalia & Meridionalia 35
Signa singula quibus humani corporis membris præsideant 38.
Signa Zodiaci singula quas regiones ac vrbes habeant subiectas 260
Signorum Zodiaci diuisiones aliquot 35
Significationes domini ascendentis in singulis domiciliis 167
Significationes domini Ascendentis in natiuitate 158
Significationes domini genituræ 160
Significationem mortis qui Planeta habeat 200
Significationes Solis ad Planetarum corpora & radios directa 312
Significationes Lunæ ad Planetarum corpora & radios directa 318
Significator quid 294
Significatores matris 223
Significationes medii cœli seu decimæ domus ad Planetarum corpora & radios 305
Significationes mortis ratione domorum, signorum & Planetarum 293
Significationes partis fortunæ ad Planetas ad eorumq; radios directa 324
Significatio Planetarum in duodecim domibus 59

Digitized by Google

Sol & eius qualitates, significationes & appellationes 50
51.
Solis annuus reditus 342
Solis directio ad stellas fixas 335
Sol in prima domo 61
Sol in secunda domo 67
Sol in tertia domo 71
Sol in quarta domo 78
Sol in quinta domo 84
Sol in sexta domo 89
Sol in septima domo 95
Sol in octaua domo 101
Sol in nona domo 108
Sol in decima domo 117
Sol in vndecima domo 123
Sol in duodecima domo 129
Sol in domo Saturni 144
Sol in domo Iouis ibid.
Sol in domo Martis 145
Sol in propria domo ibid.
Sol in domo Veneris 146
Sol in domo Mercurii ibid.
Sol in domo Lunæ 147
Sol dominus genituræ 161
Solis ad Planetarum corpora & radios directi significationes 312
Sol ad Saturnum ibid.
Sol ad Iouem ibid.
Sol ad Martem 314
Sol ad Venerem 315
Sol ad Mercurium 316
Sol ad Lunam 317
Stellæ erraticæ 41

Digitized by Google

Stella fixa & erratica 34
Stellæ fixæ seu regiæ significationes 180. & seq.
Tabula regionum ac vrbium, quæ duodecim Zodiaci signis subsunt 260
Temperamentum & forma nati 204. & 205
Tertius modus erigendi themata cœli 15
Tetragonus Saturni 177. 178
Tetragonus Iouis 169
Tetragonus Martis 172
Tetragonus Solis 175
Tetragonus Veneris 178
Tetragonus Mercurii & Lunæ ibid.
Themate cœli confirmato quæ consideranda 192
Trinus Saturni cum Planetis 171. 172.
Trinus Iouis 172
Trinus Martis 173
Trinus Solis 174
Trinus Veneris 175
Trinus Mercurii 176
Venus, eius qualitates, significationes & appellationes 57
Venus in prima domo 62
Venus in secunda domo 68
Venus in tertia domo 73
Venus in quarta domo 79
Venus in quinta domo 84
Venus in sexta domo 90
Venus in septima domo 97
Venus in octaua domo 102
Venus in nona domo 300
Venus in decima domo 118
Venus in vndecima domo 124
Venus in duodecima domo 130
Venus in domo Saturni 147
Venus in domo Iouis 148

Digitized by Google

Venus in domo Martis	*ibid.*
Venus in domo Solis	149
Venus in domo propria	*ibid.*
Venus in domo Mercurii	150
Venus in domo Lunæ	*ibid.*
Venus domina genitura	160
Vita fortis aut longa	199
Vita ginus nati	253
Vita nati	187
Vita nati tres species	188
Vita quantitas seu annorum nati numerus ac periodus	169

FINIS.

Digitized by Google

CARMEN
DESCRIBENS
GENETHLIACVM
ILLVSTRIS AC MAGNIFICI
VIRI HENRICI RANZOVII

Regij per Holsatiam, Sleswicensem Ducatum, Stormariam ac Dithmarsiam Producis ac Consiliarij, Segebergæ Præfecti, &c.

Domini Bredenbergæ, Ranzow, Ranzouisholmi, Drackenburgi, &c.

Domini ac Mecœnatis sui summa fide colendi:

Cum is sexagesimum septimum ætatis annum feliciter ingrederetur

ANNO CHRISTI cIↃ. IↃ. XCII. Mart. D. X. H. XVII. scr. LIII. p. m.

Scriptum

fausti ominis loco

à

M. GEORGIO LVDOVICO FROBENIO Iphouiense Franco.

ILle ego, qui Solis quondam Lunæq; labores,
Insignem Vraniæ magnæ meditabor honorem,
RANZOI Generose, tui sub nominis vmbra:

Digitized by Google

Iſtius in cultus alios alia arte refingam,
Et, tibi dum roſeis natalem aurora quadrigis
H. R. ingreditur annum ætatis 67. *Aduehit, ac denis terniſq; ex ordine luſtris*
Exactis, alterq; ſimul tibi latior annus
Incipit, exili conabor pandere verſu,
Quæ te naſcentem facies excepit Olympi,
Quæ ſtella Eoo, medio quæ fulſerit orbe,
Quæ Zephyri inſidere plagas, quæ lapſa ſub imum
Sydera. Tunc porro iuuat acri inquirere mente,
Ætherea quæ dona faces, quas aurea dotes
Aſtra ferant, quæ perpetuis ſub legibus orbem
Circumeant, variantq; vices, & fata propinant.
At tu, quæ noſtris es prima laboribus auctor,
Vrania aſtripotens, medios inuecta per orbes,
Stellarum ardenteſq; globos, huc ſiſte canentem,
Quæ miris cœlum torquent pia numina gyris,
Ac præterlapſos reuoca ſub imagine motus.
Poſcit aluminus opem nutricis, cuius in æuum
Conſtabit cultus, dum cœlum vitaq; ſtabit,
Fidus amor cœli, verſus memor, inclyta fama.
Tuq; idem, cuius lato ſe limite fundit
Gloria, RANZOI, quem cœlum, terra loquuntur,
Huc ades, & ſolidas in carmina ſuffice vires,
Quandoquidem mea Muſa tuo ſtat fulta fauore,
Orba cadit: robur vitis ſic pendet ab vlmo,
A Chriſto natoannis completis 1525. Menſib. 2. Diebus 11. Hor. 10. Scr. 31. *Sic tenera affixis ſurgunt arbuſcula palis.*
Ergo ades, & Muſa tenues ne deſpice cantus,
Aure bona bibe, quod canto: lege fronte ſerena
Quod ſcribo: Genium aſpiret tua gratia vati.
Iam Sol à Chriſto, caſta dum virgine natus
Venit humum, mille & quingentos fecerat annos,
Vicenoſq; ſimul quinos, menſemq; ſecundum,
Vndenoſq; dies, & denis inſuper horis
Addiderat quater (vno exempto) octona minuta:

Digitized by Google

Cum DEVS, vt fuscis terram nox induit vmbris,
Heroa insignem meritis & nomine IANVM,
IANVM RANZOVIVM, quem tam pacalis oliua
Lætus bonos decorat, quam bellorum ardua fama,
Vxoris partu, quam stirps Walstorpia misit,
(ANNAE nomen erat sanctis virtutibus ANNAE)
Felicem fecit felici prole parentem,
Masculaque cui facies fulgebat, mascula virtus.
Hunc genitor, lotum sacra Baptismatis vnda,
HENRICVM dixit: si nomen ab omine surgat,
Et nec opum, nec virtutis genuisset egentem.
At qua prima dedit nato cunabula tellus,
Arx fuit, è saxo quæ dum procelsa sub auras
Erigitur, noto STEINBVRGVM nomine dicunt.
Hanc super Arctoum sidus venerabile nauti,
Quod circum cœlorum orbes igneq; feruntur,
Conuexo quinquagenis assurgit Olympo
Partibus, & quinis. At qua iacet vltima tellus,
Occiduis habitata plagis, celeberrima fama
Fortunatorum nemorum felicia Tempe,
Tricenos binosq; gradus submota recedit.
Ergo vbi vitales iam luminis hauserat auras
Natus, & alta suæ mœrorum obliuia matri
Fecerat: Eoo se Scorpius orbe mouebat,
Quindenisq; sui fignabat partibus oras
Adiiciens bis septenis quindena minutis.
Huic dux, incerto se quæ Dea lubrica gressu
Rebus in humanis mouet, & nunc euehit alte,
Nunc alte premit: ast illam gradus vnus & alter
Parte sui media ad vicinas submouet ædes.
Dein vbi diuitiis se splendida limina pandunt,
Phillyrides largitor opum, largitor honorum,
Ter nouies repetita sui vestigia signi
Monstrabat, propriaq; pedem simul ade ferebat.

Parentib. Ioh. Ranzou & Anna Walstorpia nascitur.

HENRIC. RANZO.

in arce Steinburg sub latit. 55. gr. longit. 32. gr.

hoc cœli positu. 1. Dom. 15. gr. 29. m. mp.

⊕ 1. gr. 30. m. mp.

11. Dom. 27. gr. 33. m. ♐.

Digitized by Google

Pimi-

♑ 18.gr.	Dimidium: cui se comitem Capricornus eadem
36.m.♑.	Sede dabat: tergum illius sinuosa Draconis
III.18.gr.	Colla premunt partes emensa nouemq; decemq;
25.m.♒.	At qua sydereum petitur de fratribus omen,
IV.6.gr.18.	Humidus inflexa subsedit Aquarius Vrna,
m.♓.☿ 6.	Hospitiumq; nouem gradibus ceu limite signat.
gr 31.♓.☽	Quarta vehit Pisces, Maia quis natus inerrat,
16.gr.25.	Sextus vtrisq; gradus datur, atq; huic septimus instat
m.♓.v.26.	Parte sui media: quem post se Luna relinquens
gr.42.m.	Bis quinis gradibus, signo decurrit eodem.
♓.vi.17.	Nec quartam satis est Pisces tenuisse, sed iidem
gr.20.m.	Protendunt sese, donec vestigia septem
♈.	Vigintiq; gradus quintæ sub Cuspide sistant.
	At domus ægrotos quæ signat, in ordine sexta,
	Phryxæam sustentat ouem, quæ lapsa per orbem
	Septenis gradibus denisq; vnoq; triente.
☉ 10.gr.21.	Hic Sol dum tenebrarum & lucis tempus adæquat,
m.♈.	Emensus cœlum, cœlum per nota subintrat
	Compita, vicenis actis vnoq; minutis.
♄ 6.gr.26.	Huic duo qui superos cœli gyrantur in orbes,
m.♈.♂	Lurida Saturni facies, & Martius ardor,
21.gr.51.	Addunt se socios: sic prouida fata volebant,
m.♈.	Ne frigus nimium nimius ne læderet æstus,
	Ille quidem à Phœbo distat breuiore meatu,
	Quem sex impleuere gradus: hic longior errat
	Vicenorum emensus iter graduumq; duorum.
VII.15.gr.	Septima, coniugii quæ felicissima sedes,
29.m.♉.♀	Occiduo cœli Taurum sub Cardine versat,
16.gr 8..m.	Quam iucunda Venus, placido quam Iuppiter astro
♉.♃ 14.	Collustrant, mediamq; inter sua lumina seruant:
gr.55.m.♉	Illa gradus denos senosq; emensa: sed vno
VIII. 27.	Deficit hic: stellæ domus æqui distat vtriq;.
gr.33.m.	Ad fauces Orci fido cum Castore Pollux
♊.	Consedit: qui dum iam iam statione recedunt,

(Namq;

Digitized by Google

(Namq; gradus cum dimidio ter iere nouenos.) ♍ 18.gr.
Retrogradus Cancer succedit & aduehit vna 36.m. ♋.
Parte sui decima, nonaq; volumina caudæ.
At nonam, quam religio, via, somnia signant,
Illustras Nemæe, gradus sub limite noni. IX.8.gr.52.
Nec plene. numerus quid deficit octo minutis. m.♎.
Erigone medii transit fastigia cœli,
Et sex cum quadrante, gradus in Cuspide ponit. X.6. gr. 18.
Hanc ipsam vicina simul domus accipit, & quo m.♏. XI.
Aurea sub pedibus signet vestigia, senos 26. gr. 42.
Vicenosq; gradus & quadragena minuta m.♏.
Cum binis aliis, postica ad limina figit.
Deniq; Lanx diras odiorum & carceris ædes XII.17.gr.
Insedit: de qua sub Cuspide lapsa notantur 20.m.♑.
Septima post decimam pars, & vicena minuta.
Hæc ita fulgebant tacito labentia motu
Sydera, cum cœli miratus amabile lumen
Insolitas natus vagitum edebat ad auras.
Præcipuę astrorum in hac natiuitate significationes.
Nunc age, quid posito occurrat mirabile cœlo,
Musa refer: non sic facili per inane volatu
In delibatum cœli transire fauorem
Conuenit: ad maiora suos mens ardua sensus
Erigat, atq; alium penetrale recludat Olympi.
Non sic fortuito coeunt vaga sydera cursu,
Neve suos sortita locos & sorte: sed vni
Vnius imperio famulantur, in omnia sceptrum
Qui gerit, & mundum certa ratione gubernat.
Addidit hic istis prima sub origine vires,
Ne clarum præter manifesti luminis vsum,
Ignauis turpi liceat torpere veterno,
Efficiant mensem q3, annum q3, vmbram q3, diem q3.
Alternasq3 vices, variasq3 per æthera formas,
Inq; animo varios, varios in corpore motus.
His sanos artus, artes, atq; inclyta morum

Digitized by Google

Dona ferant: illos infausto lumine reddant
Infames vitiis, egros, atq; artis artis egentes:
Libertate tamen salua, qua cuncta gubernat
Omnipotens, quaq; ipse suos homo dirigit actus.
Tu vero, vates qui vanos, sydera vana,
Ore vocas vano promisq; ex pectore vano,
Huc ades, & paulum stolidos suspende cachinnos,
Sydera dum videas vatum non dissona fatis.

I. Significatio diuitiarum.

Principio sese nato ditissima cœli
Gaza aperit, fluuiasq; Tagi promittit arenas,
Nam qua diuitiis domus assignatur Olympo,
Chironem, vatisq; Lyram, collumq; Draconis
Cura DEI iunxit: radiis quos Phœbus amicis
Et cum falcifero sene Martius aspicit ignis
Ipse domus dominus, placidis quem amplectitur vlnis
Cypris, ad occasum fauet omine Iuppiter aquo.
Sors etiam Eoo sub limine lumine Luna
Irradiata nitet, sua cui Cyllenius addit
Vota: sed alternas alterno robore vires
In Veneremq; Iouemq; ex imo Cardine miscent.
Rara poli facies, at cara, atq; afflua donis,
Multa modis multis quæ fundit ab æthere diues
Copia. Namq; alias hæredis nomine natus
Seruat opes: alias testes virtutis ab aulis
Magnatumq; capit studio, Regumq; fauore,
Nonnullas thalami felicis munere nactus.
Diues agris opulenta graui tot prædia censu
Possidet, vt numero Holsatis concedat in oris
Nobilium nulli: nullum se rure priorem,
Nullum rure parem agnoscit: simul vtier istis
Gnarus opum cumulis, nec tantum quærere plura
Solicitus, quantum iuste quæsita tueri.
Diuina sibi cuncta manu data nouit: in vsus
Diuinos iterum munis sua munera confert,

Digitized by Google

In miseros & sacra pius, Musaq; benignus.
At quid ludibrio Fortuna obnoxia tantum
Dona, lutumq; rubens miror, cultosq; nouales?
Quin veras animi dotes, & pectus onustum
Artibus, ingeniisq;, & mirum mentis acumen,
Quæ nomen pariunt nullis violabile seclis,
Suspicio: non me rutilo perstinxit ab auro
Splendor, vt haud cernam veros virtutis honores.
Scilicet ingenium facilis largitur Olympus,
Cui toto sua dona sinu sapientia fundit:
Virtutes reliquæ dextra lauaq; feruntur
Certatim, bono exornant præcordia cultu.
Hæc regit imperio populos & iura ministrat,
Ista supplicibus parcit, pœnaq; remissa
Dat veniam lapsis, quos deuius abstulit error.
Hæc animum inuictum, fortemq; in præla dextram
Aptat, vt in sanos eat imperterritus hostes,
Et regnum regemq; iniustis seruet ab armis,
Victrici clarus lauro, victricibus armis:
Ista docet sancta populos componere pace,
Vt placide iustis agitent sub legibus æuum.
At fortasse nihil per tanta negotia Musas
Respicit? aut ipsum Musæ nec amant, nec amarunt?
(Rarus bonos Musis sublimi constat in aula,
Nec facilis cum Marte venit consortio Musis.)
Falleris. An Musæ, primis quem ætatis ab annis
Aonas ad montes puerum adduxere, relinquunt?
Aut is nutrices, quæ flumine lactis alebant
Infirmum pectus, cupidum virtutis & artis
Deserat, ingratus meritorum atq; immemor hausti?
Mutato ante polo videas currentia retro
Sydera, Phœbeasq; iter inuertisse quadrigas:
Ante sui oblitum dicamus nominis ipsum,
Aut immortales, mortalis viuere, Musas.

II. Ingenij eruditiones & virtutum indicia.

Virtutes nati.

Iustitia: Clementia.

Fortitudo bellica. Pacis studium.

Eruditionati.

Digitized by Google

Exuat alternos quam alternum pectus amores.
Ipse popli Rector, cœlo dum prosper in imo
Mercurium Luna felici fœdere iunxit,
Aonius sensus vbertim lauit in vndis,
Vt nec eum lateant, docta quod scitur in arte
Qui lingua ornatus, quæ sunt aptissima fandi
Nomina: quæ soleant animos lenire feroces,
Quæ miseros solari, in spemq; excitet iacentes:
Quæ vitæ integritas, quid fas, quid legibus æquum:
Quid cæcos intra solers natura recessus
Condiderit: quæ cura horto, qui cultus habendo
Si ruri, quodq; ingenium, quæ industria bratis.
Tum qua vi tumeant maria alta: ac lapsa resident:
Vnde tremant terræ: angusto cur tramite currant
Hyberni soles: cur liberiore rotatu
Æstiui spacientur, & arctent tempora somni
Inprimis cœlum qua lege feratur in orbem,
Quos ignes voluat: quàs in mortalia vires
Exerat, vt tristis fati mens conscia casus
Præsagire queat longe, tempusq; referre.
At quid in angustos ausim constringere versus,
Diuitis ingenii pleno quæ flumine gaudent?
Et quid opus verbis, si vel cui Nestoris adsit
Eloquium, aut magni diuinæ vena Maronis?
Res probat, & libri, qui sunt in luce loquuntur
Insignem Heroïs doctrinam, artemq; profundam.
Victuri spirant genium, quem sentiat ætas
Postera pro nobis: non, quod præsentia sordent
Æuo sordidulo: seris sed pendet ab annis.
Gratia librorum, longo q; acquiritur vsu.
Macte animo, Generose heros, te nomen ab arte
Immortale manet: mundo notissimus Arcton
Implesti fama, Zephyrumq;, Eurumq;, Notumq;.
Quid multis? Viuis. Memori celebrare semper

Carmi-

Digitized by Google

Carmine: dum Musa viuent, tua gloria viuet.

Munera quid referam, summosq; Heroïs honores, iii. Honorum significationes.
Quos reges, magnosq; duces, & numina terræ,
Syncera conferre fide, stabilique fauore
Cernimus. Holsatos fortes, robustaq; bello
Corpora Dithmarsos, Slesvicensemq; Ducatum
Imperio placido Regis sub nomine flectit.

Crebrior à magni quæ principis aduolat aula,
Missa salutatum tot Epistola spirat amores,
Vt si fronte adimas nomen scribentis, amicum,
Haud scripsisse Ducem iures: sic ille potentum
Fulget amore potens, magno sic nomine præstat
VIPERTVM LEISNICENSEM, genus vnde paternum.

Nec cœlo inuito tantum se gloria fundit,
Sidera cuncta fauent: solio se Phœbus ab alto
Commodat, in propria Mars est fortissimus ade,
Iuppiter è noto sita miscet limite vota:
Albentem quibus experrecta fronte lapillum
Addit amica Venus, reliquis longe æquior astris.

Nam simul insignem virtutibus Heroinam iv. coniugij omina.
Conciliat, quæ cum multos feliciter annos
Nunc exegit: Honos generi de sanguine surgit
HALLÆO, magna genitor quam dote locarat,
Vt qua sola foret tota de gente superstes.

Hanc vt magna domus exercet cura regunda,
Sic maior magnam Domini producere stirpem
Felici multoq; satu, ne desit in æuum
Masculaprogenies, largo quæ semine gentem
Ranzouiam, celebrem tot iam per sæcla propaget.

O Dominam vere matrem, quæ diuite partu
Pignora felicis thalami duodena creauit:
Tot natos, vario quot oberrant sidera flexu,
Tot natas, quot sunt cœli sub fornice Zonæ.

Sed qua lege fati fuerant, vt viuere detur

Digitized by Google

Mortales, certum q; incerto tempore fiant
Funus, vbi exacti tam finit terminus aui,
Quattuor hac nati, Theodorus, a Ianus, b & ille,
Martia cui nimium ridebat gloria, felix
Si pacem, cuius de nomine dictus, amasset c,
Et Caius, d desiderium (proh) grande parentum,
Flos iuuenum, spes imperii, gentisq; columna,
Concessere, quibus festino funere iungit
Se Catharina, e soror, cœlo peramabilis hospes.
Heu nihil inuitis fas quenquam fidere fatis!
Tam propere in ventos abeat spes tanta parentum!
(Proh dolor) hos tantum fata ostendere, nec vltra
Passa suam toto virtutem extendere mundo
Illustres animas, in auitum nomen ituras,
Si vixent: at nunc placidus sopor alligat artus.
Cætera sed proles, quam viuere fata volebant,
Fortuna studiis & censu diuite floret,
Quam sua progenies optata voce parentem
Dicit, auumq; nepos linguat titubante salutat.
Astrorum tantus fauor & clementia Natum
Amplexata fouent: quibus omnibus additur vnum,
Quod vel præcipuum est donum, vereq; beatum
Efficit, expertes vitii & putredinis artus,
Et cani sani, quos sana effecerat ætas.
Fallor? an hoc etiam rutilus Sol æquior ipse?
Quod simul, vt tenebris Phryxæa ad cornua lucem
Æquauit, terris venit nouus incola natus.
Quin etiam prima reuolutus origine Titan
Æquali seriæ mouet annis astra quaternis,
Cum cœlo primum nati quod fulsit ad ortum:
Sed nec mane puto reuolutis surgere ab annis
Augurium, in certo cœli quod cardine semper
Anni finit iter Sol aureus, incipit annum.
Adde, quod & mundi, & nati reuolutio in iisdem

a Theodoricus mortui Lubecæ An. 1572. Iun. D. 27. Æt. 11. anno.
b Ioannes moritur Heidel. A. 1582. Oct. Die 17.
c Frideric. à Sicarijs in Gallia interētus, An. 1587. Nou. D. 29
d Caius obijt Bredenbergæ An. 1591. Apr. D. 20. Ætat. 28.
e Catharin filia mortua, Anno 1587. Maij D. 26. cōplet. Ætat 25. Mens. Die 13.

Maxime memora-

Annua

Digitized by Google

Annua disponat septem vaga sidera signis,
Consensu pulchro, qui, quantum vita manebit
HEROIS, tantum immota sub lege manebit.
Nec dicam qua triplicitas obit ignea mundum,
Saturnum, Martem, vitæ Solemq; potentem,
Vicinas habitare domos: felicia nato
Sidera, qua Pylios votis concordibus annos
Decernunt, facileſq; actus, mentemq; ſagacem,
Succeſſuſq; bonos, magnaq; negocia famæ:
Quæ cum per totam dederint ſeſe omnia vitam
Effectu prono, tamen hac ætate ſenilem
Vellere Cycneo qua veſtit plurima frontem
Cura, ſuas toto diffundunt agmine vires:
Ignea quippe ſuum præſenti tempore robur
Triplicitas, aquea exacta proferre putatur
Humaniſq; animis calidos infundere motus.
Hæc accurata mentis dum indagine luſtro,
Atq; ſuũ cœlum ante oculos cum motibus errat,
Auctorem agnoſco, qui terram & ſidera finxit,
Quiq; vices mire humanas & fata gubernat.
Is dedit Heroi tam feliciſſima noſtro
Tempora naſcendi, voluitq; illuſtria cunas
Sidera colluſtrare, ſuum quo mente paterna
Natum præreliquis foveat, teſtantia amorem.
Nec vero hoc cœlum fingo, teq; conſcia fati
Vana ſuperſtitio, aut leuis edit opinio verba,
Quin DEVS eximii dedit argumenta fauoris
Nuper ad excubias dum cœl. exercitus aſtat,
Inſidias Satanæ eludens, qui ſubdola nato
Retia diſpoſuit, latronumq; efferus enſes
Exacuit, quibus haud tam dirę obnoxia cædis
Corda viri, vita potius digniſſima corda
Perfodiant: ipſi indigni, quibus ætheris vſum
Indultum cupiant ſuperi: ſed lumen ademptum

bilia in hac natiuitate.
1. Natiuitas incidit in Æquinoctiũ Solẽ exiſtẽte in gr. o. m. 21. 11. Reuolutio mũdi quaternis annis eadem fere eſt cũ hac figura natiuit. ☉ ad domorum cuſpides attin. 111. In reuolutionibus natiuit. Sol ſemper eſt angularis. 1v. In reuolutionibus annuis nati & mundi, pleriq; planetæ eũdẽ locum obtinent.

Digitized by Google

Tres Planetæ, Sol, Saturnus & Mars constituti sunt in Ariete, signo triplicitatis igneæ, quæ nunc dominatur.

Omnes per mortes propere omni lictor eat vi,
Quorum fracta rotis ossa ac præcordia corui
Perfodiant, rostrisq; scelus rimentur aduncis.
Sed nec eos sceleris meritissima pœna fefellit,
Iam dudum affixi furcis, radiisq; rotarum,
Coruorum vltrices morsus, & præmia facti
Experiuntur, & expansi de stipite clamant:
Disce per exemplum, qui transis nostra, viator,
Supplicia haud cæde, haud ausu temerare nefando
Iura. Magistratusq; tuos, & compita tuta.
Hos ego pro meritis domitos, ad tecta relinquo,
Quæ Soli ardenti, pluuiisq; & peruia vento,
Carniuoris habitata auibus, coruisq; sonora,
Oblitus facinus, cædisq; immania texta:
At contra tam fida patris tutamina summi
Semper inoblita referam, dum vixero, mente.
Cætera prætereo. Non hic vel Nestoris ausit
Mellifluum os tantis rebus dignum addere honorem:
Quin & nubis aquas prius, aut vaga sidera coner
Complecti numero, quam versu paupere dotes
Dicere, quas cœlorum opulenta ærarta fundunt.
Idcirco, mea Musa, tuos iam desine cantus,
Neu fragili Oceano te ausis committere cymba,
Littus ama, vastumq; aliis cede æquor arandum,
Vnda quibus ventusq; fauet, quos vbere censu
Ingenii, doctaq; grauis vehit arte triremis.
Desine, & Herois pro vita concipe vota,
Natali pia verba die pro Heroe precantes
Dicamus. Quoniam vestigia pristina cœlo,
Totum emensus iter, duodena per astra volutus
Sol legit, ætatisq; nouum nunc inchoat annum
HEROS RANZOVIVS dignus, cui Nestoris addant
Fata dies: sic ille DEVM, sic ille Camœnas
Impense colit. Eximium pietatis amorem
Testantur pia vota, atq; indefessa precandi

Digitized by Google

Sedulitas: artis studium manus ære soluta
In doctos que q3 incidenda volumina cedro
Ingenti monumenta: artu momenta reposita.
Ergo omnes, quibus est studio obseruancia tanti
HEROIS sanctis animis vos fixite cœlo,
Et mecum flexo sic poplite dicite ad auras:
Summe DEVS, superos qui orbes, atq3 ignea cœli
Sydera, materie nulla præeunte, creasti,
Et prima HEROIS nostri cunabula fausto
Stellarum ornasti positu: tum numine miti
Firmasti, Stellis quod de iisdem sumitur omen:
En tibi, quas possunt mortales dicere, grates
Fundimus, HEROEM tantum quod miseris orbi,
Cui fas, cui Musæ, cui sacra Ecclesia cordi,
Quodq3 ipsum cumulas opibus, virtutibus, annis,
Vt Musisq3, arisq3 insignia munera soluat.
Præterea, quod eum Aligerum fidum agmen ab armis
Occultis fuerat turatum atq3 ense latronum,
Et furias rabidamq3 hominum compescuit iram,
Qui sanum & canum caput impetiere per æstum.
Hunc porro superesse velu, & viuere longum,
Incolumem corpus, mentemq3 atq3 integmen honorum:
Inprimis annum, cuius primordia præsens
Lux affert, fausto tua gratia sydere pendat,
Lætus vt incipiat: procedat lætior, atq3
Fine suum optato claudat latissimus orbem.
Sic placida populos in pace tuebitur HEROS:
Sic tibi crescet honos templis: sic gloria crescet
Aonidum: studiisq3 bonis sua commoda surgent,
Sic nostris, qua pene emortua, vita redibit.
Hoc te, Sancte Pater, Natiper sancta precamur,
Per qua amissa Salus rursum sese intulit orbi,
Vulnera cui tecum, & sacro cum Flamine laudes
Concinimus, nomenq3 tuum celebramus in ævum. AMEN.

Preces pro vita diuturna D. HENR. RANZ. V. R.

IN

Digitized by Google

GENETHLIACVM IN NATALEM HENRICI RANZOVII, PRODVCIS REGII:

Epigramma

IONÆ AB ELFERFELD.

EDitus vt cœpit tenues HENRICVS in auras
Vti RANZOVIVS munere lucis eques:
Cimbrica perpetuis sunt eruta facta tenebris,
Et vera rediit nobilitatis bonos.
Illustris medica Podalirius arte reuixit:
Doctaq; sunt aquo iura renata foro.
Suauis & Ausonia rediit facundia lingua,
Quicquid & arguti proposuere Sophi.
Et pietas, & sancta quies: o qualia Cimbris
Natali vnius sunt bona nata die?

IN CRANII, CLEPSYDRÆ ET SPICARVM EX CRANIO NAscentium imaginem, qua mortis horam attente considerat HENRICVS RANZOVIVS, Produx Cimbricus.

Daniel Tuitemeier.

HENRICI quid RANZOVII
Donum Regis vicarii
Lucerna picta? clepsydra
Cranio super? spica noua?
Per candelam, per clepsydram
Fugacitatem denotat
Mortalis vitæ, & quod suum
Nemo transibit terminum.
Dies mortis natalis est
Vitæ perennis sis memor

Digitized by Google *Adhor-*

Adhertor mortis, si velis
Cum CHRISTO semper viuere.
Spicis hoc monstrat optime,
Verbisq; symboli sui,
Heros, depingit clarius,
Vere pater qui patriæ.
Nobis superstes sit diu,
Precamur nos clientuli
Post hancq; vitam ei dabis
Deus perenne gaudium.

Idem.

Mors sua quemq; manet: Christo qui credit Iesu
Vt viuat moritur: mors preciosa piis.

Idem.

Natalis vitæ æternæ lux vltima mortis:
Mortis viue memor, viuere quisq; cupis.

Idem.

Ex hac discessu vita, vitæ sit origo
Æternæ: hac tecum da, pie Christe frui.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google